Ostendit diuersitatē inter anaxagorā ⁊ empedoclem i determinādo de elemētis dicēs q̄ anaxagoras dic ꝯria empedocli de elementis. Hic idē. n. s. empedocles ignē ⁊ terram ⁊ alia coelemētaria his aerē ⁊ aquā dicit esse prima elemēta aloꝝ corporum. ⁊ oia alia ex his cōponi anaxagoras aūt dicit cōtrariū. s. corpora omiomera. i. cōsimiliuȝ partiū sicut sunt caro ⁊ os in hui⁹ esse p̄ma elemēta alioꝝ ignē āt ⁊ aerē ⁊ reliq̄ huius esse mixturas illoꝝ i. facta ex mixtione corpoꝝ ꝯsimiliū tanq̄ ex seminariis oium alioꝝ vn̄ voluit vtrūq̄ ipsoꝝ. s. ignem ⁊ aerem factū esse ex oibus corporibus cōsimilib⁹ scōm spēm inuisibilibus tn̄ pp eoꝝ mixtionem pp qō ex igne ⁊ aere pn̄t oia alia fieri p segregationē ipsorū ab igne ⁊ aerre in q̄bus prius erant congregata: ⁊ ipse anaxagoras ignē ⁊ ethorū idē dic esse De opinionibus autē his latius q̄ e in p° phicoruȝ.

Quoniam autem est omnis naturalis corporis mot⁹ ꝑprius. Motuum aut hi quidem simplices: hi autē mixti: ⁊ mixti q̄dē mixtoꝝ simplices aut siplicium sunt manifestum q̄ erunt quidam corpora simplicia. sunt. n. ⁊ motus simplices. Ita q̄ palam ⁊ q̄ sunt elementa ⁊ ꝑpter quid sunt.

Ostendit per secundā rōem necessitatem elemētoꝝ dicēs q̄ cū cuiuslibet corpus nālis sit alq̄s motus ꝑprius: motuū āt hii q̄dē sūt simplices hii autē mixti: mot⁹ q̄dem mixti sūt ꝑprii corpoꝝ mixtorū: mot⁹ vero simpleices sūt ꝑprii corpoꝝ simpliciū: ꝑpter quod manifestū est q̄ sūt quedam corpora simplicia ex quo sūt motus simplices qui sunt proprii motus ipsoꝝ ⁊ tūc cōcludit dicens q̄ palam itaq̄ est q̄ sunt elementa ⁊ propter quid sunt sunt enim vt constituāt vniuersū tanquā partes pertinentes ad eius perfectionem essentialem ⁊ vt mixta ex eis ꝑducantur ⁊ in ipsa resoluat. Intelligenduȝ est q̄ prima rō ꝑbās elementa esse sumpta fuit ex diffinitione elementi sȝ hec secūda sumitur ex motib⁹ simplicibus per quoꝝ numerum quinarium secundum speciem possumus probare numeruȝ quinarium elementoꝝ celum inter elementa cōnumerando vt in primo huius fuit ostensū.

Capitulum secundum tertii tractatus tertii libri de celo ⁊ mundo in quo ostenditur vtrum elementa sint finita secundum numerū vel infinita.

Utrum autem finita aut infinita et si finita quanta secundum numerum consequens utique erit considerare.

Istud est secundum ca. huius tractatus in quo postquam Ar. in precedenti ca° posuit diffinitionem elementi ondo ea esse. Nunc declarat utrum elementa sint finita secundum naturam vel infinita. Et dividitur in duas partes quia p° premittit intentum. 2° prosequitur ibi: primum quidem dicit quod prima quod consequenter considerandum est de elementis utrum sint finita secundum numerum aut infinita et si fuerint finita quot sunt.

Primum quidem igitur quod non sunt infinita quemadmodum putant quidam contemplandum et primum omnia omiomera elementa facientes quemadmodum et anaxagoras. Nullus. n. sic significantium recte sumit elementum. Videmus. n. multa et maximorum corporum in omiomera divisa. Dico autem puta carnem et os et lignum et lapidem Itaque quoniam compositum non est elementorum: non oportet erit quod omiomerum elementum: sed indivisibile ad altera specie: quemadmodum dictum est prius.

Prosequitur de intento reprobando opiniones antiquorum qui posuerunt elementa secundum multitudinem infinita ondo ea esse finita: et dividitur in tres partes. In prima reprobat anaxagoram: in secunda leucippum et democritum: in tertia omnes simul: ibi secunda: sed adhuc neque: ibi tertia adhuc autem si unicuique: prima adhuc dividitur in tres sicut tres rationes facit secunda ibi: adhuc autem: tertia ibi: adhuc si corpus dicit de prima quod est prius a nobis contemplandum quod non sunt infinita elementa sicut quidam putant et tunc facit primam rationem contra anaxagoram dicens quod non omnia corpora omiomera. i. homogena sunt elementa ut anaxagoras dixit. Unde nullus sic significans elementum quod eius natura sit homogena recte sumit elementum: cum ad sensum appareat nobis multa corpora maxima esse homogenea ut caro os lignum lapis etc. cum igitur nullum corpus mixtum sit elementum sequitur quod non omne corpus homogeneum est elementum: sed elementum est corpus in quod alia resoluuntur in existens potentia aut actu indivisibile in altera specie ut dictum est prius. Intelligendum p° quod per istam primam rationem non reprobat opinio anaxagore quantum ad hoc quod dixit elementa esse infinita: sed solum quantum ad hoc quod posuit elementum et corpus homogeneum esse convertibiliter idem hoc. n. est falsum cum multa corpora homogenea sint mixta ex elementis et non elementa. In telligendum secundo quod corporum quedam dicuntur omiomera. i. homogenea et quedam dicuntur onomiomera. i. etherogenea illa dicuntur homogenea quorum omnes partes quantitative sunt eiusdem rationis cum suo toto: ut caro os etc. illa dicuntur etherogenea quorum non omnes partes quantitative sunt eiusdem rationis cum suo toto: et homo equus etc.

Adhuc autem si simentes elementum non necesse facere infinita: omnia. n. hec redduntur etiam finitis entibus si quis sumat. Idem. n. faciet et si duo aut tria solum aut talia quemadmodum conatur et empedocles. Quoniam. n. et ut ipsi accidit non omnia facere ex omiomeris. Faciem. n. non ex faciebus faciunt neque aliud secundum naturam figuratorum nihil manifestum quare multo melius et finita facere principia et hec minima ut omnibus eisdem futuris ostendit quemadmodum dignificant et qui in disciplinis. sp. n. finita sumunt principia aut specie aut quantitate:

Adducit secundam rationem arguendo sic quod potest fieri per pauciora melius est facere quam per plura sed omnia eque bene possunt fieri ex principiis finitis sicut infinitis igitur etc. patet consequentia et minor arguitur: quoniam omnia eque bene salvantur ponendo principia solum duo aut tria aut quattuor sicut facit empedocles: sicut ponendo principia infinita ut facit anaxagoras: sed etiam empedocles non possit salvare omnia sicut nec illi non ponunt omnia fieri ex omiomeris. i. homogeneis: quia facies non fit ex faciebus neque aliquod figuratorum fit ex figuris eiusdem rationis maior autem patet quoniam melius est ponere principia et pauca minima quam plura ubi equaliter possint reddi cause omnium fiendorum: sicut patet in mathematicis in quibus supponuntur principia pauca specie aut quantitate. i. numero ex quibus conclusiones itidem demonstrantur.

Adhuc si corpus a corpore alterum dicitur secundum propria differentias corporum autem differentie finite: differunt. n. sensibilibus. hec autem finita sunt oportet autem hoc ostendi manifestum quia et elementa finita necesse esse:

Ponit tertiam rationem dicens quod unum corpus differt ab alio corpore propias differentias ipsorum corporum que sunt qualitates prime sensibiles sed tales differentie proprie corporum sunt finite quemadmodum probabit in li° de generatione igitur necesse est prima corpora sive elementa esse finita patet consequentia quia elementa numerantur et distinguuntur secundum numerationem et distinctionem illorum differentiarum: igitur sequitur quod ex quo ille differentie sunt finite quod oportet ex necessitate elementa esse finita. Intelligendum quod Ar. probat in li° de generatione numerum elementorum per numerum combinacionum possibilium quattuor qualitatum que primarum primo insunt elementis et secundario mixtis: et quia ille combinationes sunt finite

te vt p3 relinqt̃ elemñta eẽ finita numero ꝛ ñ ĩfinita.

Sed adhuc neqꝫ ut alteri quidaꝫ dicunt puta leucippus ꝛ democritus abdentes rõnabilia accidentia. Inquiunt.n.esse primas magnitudies multitudine quidem infinitas: magnitudine ãt indiuisibiles. Et neqꝫ ex uno fieri multa: neqꝫ ex multis unuꝫ sed hoꝝ ꝯplicatione ꝛ circumplexione oĩa generari. Mõ ãt quodã ꝛ isti omnia entia faciũt numeros ꝛ ex numeris. Et.n. si non plane ostendunt tamen hoc uolunt dicere. Et adhuc quoniam differunt corpora figuris infinite ãt figure infinita ꝛ simplicia corpora aiunt esse. Qualis autem ꝛ que figura elementoꝝ nihil determinauerunt: sed solum igni speraꝫ assignauerunt: aerem autem ꝛ aquaꝫ ꝛ alia magnitudine ꝛ ꝑuitate diuiserunt entem ipsorum naturaꝫ uelud pansperma omnium elementoruꝫ.

Hic reprobat leucippũ ꝛ democritũ ꝛ diuidit i duas qꝛ pᵒ narrat eoꝝ opinionẽ 2ᵒ reprobat ibi.primũ q̃dẽ igit: de prima dic̃ ꝙ nõ ẽ opinãdũ de elemẽtis vt alteri quidẽ dicũt videlicet leucippus ꝛ democritꝰ q̃ abdentes.i.remouentes accidentia elemẽtorũ rõnabilia ĩquũt primas magnitudines elemẽtorũ esse ĩfinitas multitudine: magnitudine ãt idiuisibiles ꝛ nꝫ ex vno elemẽto fieri multa cũ sit idiuisibile neqꝫ ex m̃ltis elemẽtis fieri vnũ.s.vere: s3 oĩa alia dixerũt fieri ex elemẽtis mõ ex q̃dã ipsoꝝ cõplicationẽ ꝛ circũplexionẽ.s.ƀm figurã positionẽ ꝛ ordinẽ: vñ isti oĩa entia faciũt numeros aut ex numeris siue vnitatibus: nã l3 hᵒ nõ dicãt plane: hᵒ tñ volũt dicere ꝛ eoꝝ verba videt̃ ꝑtendere: ꝛ qm̃ corpora prima differũt figuris ꝛ figure sũt ĩfinite: iõ dixerũt prima ꝛ simplicia corpora q̃ sũt alioꝝ elemẽta esse multitudine ĩfinita: sed q̃lis aut q̃ sit elemẽtoꝝ figura nihil determinauerũt: igni ãt assignauerũt sperã i.sphericã figurã: aerẽ võ ꝛ aquã ꝛ alia corpora dixerũt solũ magnitudĩe ꝛ ꝑuitate si magnitudo ꝛ ꝑuitas sit diuꝫ cõpoꝝ nã: ꝛ velõ pãspma.i.totũ sũmariũ elemẽtoꝝ ꝛ generatoꝝ ex eis. Intelligendũ pᵒ ꝙ leucippus ꝛ democritus posuerũt corpora idiuisibilia multitudine infinita eẽ prima alioꝝ corpoꝝ nãliũ: q̃ dixerũt ex his generari ꝛ p ipsoꝝ ꝯgregationẽ ad inuicẽ: ꝛ qꝛ volerũt ista corpora idiuisibilia ad inuicẽ esse differe figuris positione ꝛ ordine: qꝛ q̃dã ponebãt vnius figure ꝛ q̃daꝫ alteriꝰ: q̃dam sursũ in mixto ꝛ q̃dã deorsũ: q̃dã priora ꝛ q̃daꝫ posteriora. iõ ƀm istas dr̃as corpoꝝ priorum dicebãt corpora ex eis generata diuersificari. Intelligendũ scdo ꝙ dic̃ Arꝫ. ꝙ isti faciũt oĩa ẽtia numeros vł ex numeris siue vnitatibus hᵒ.n. dic̃ qꝛ scdm istos prima corpora ꝑportionant̃ vnitatibꝰ cũ sint idiuisibilia sic vnitates ꝛ corpora ex eis cõposita ꝑportionãt̃ numeri qꝛ ꝯponũt̃ ex idiuisibilibꝰ sic nũeri.

Primum quidem igit̃ ꝛ in his hoc peccatum non finita sumere principia habituris hec omnia dicere.

Nũc reprobat opinionẽ leucippi ꝛ domocriti ꝛ diuidit in duas qꝛ primo reprobat eo q̃ntũ ad hᵒ ꝙ dixerũt elemẽta esse numero ĩfinita: scdo q̃ntuꝫ ad hᵒ ꝙ sibi ipsis ꝙ ꝯdixerũt: ibi secũda: lił ãt prima in tres sic tres facit tres rões ƀa ibi: adhuc ãt: si ñ ẽtia ibi: adhuc ãt necesse: dic̃ de pᵃ ꝙ i his seu ꝯ istos est pᵒ hoc peccatũ ꝙ nõ sũt prima finita. s3 ĩfinita cuꝫ cause oĩum apparentiũ eque bñ reddãt ponẽdo pᵃ finita sic ponendo ĩfinita ꝑut dicebat i scda rõe facta cõtra opinionẽ precedentẽ.

Adhuc auteu si non infinite elementoruꝫ differentie palam qꝛ nõ erunt elementa infinita.

Ponit secũdã rõem arguendo vt priꝰ sic dr̃e elementoꝝ nõ sũt ĩfinite gᵒ elmẽta ñ sũt ĩfinita p3 ꝯña ꝛ añs declarat̃ qm̃ dr̃e elemẽtoꝝ st̃ q̃litates prime sensibiles q̃ sũt tantũ q̃ttuor vt sensus ostendit.

Adhuc autẽ necesse oppugnare mathematicas scientias indiuisibilia corpora dicẽtes ꝛ multa gloriosoruꝫ ꝛ apparentium scdm sensum interimere: de quibus dictum est primum in his que de tẽpore ꝛ motu.

Ponit secũdã rõeꝫ dicẽs ꝙ necesse ẽ istos dicentes corpora indiuisibilia oppugnare sciãs mathematicas ꝛ eis ꝯdicẽ ꝛ iterimere.i.destruere multa dictoꝝ glosoꝝ appareñiũ scdm sensũ de q̃bꝰ dictũ esse prius in his q̃ de tpe ꝛ motu. Intelligenduꝫ ꝙ isti ponentes corpora nãlia cõpi cũ ex corporibꝰ idiuisibilibꝰ habẽt negare multas suppositiões et prima geometria ꝑbat in sexto phisicoruꝫ: v3 ꝙ oẽ ꝯtinuũ ẽ diuisibile i ĩfinitũ ꝛ ꝙ i eodẽ ꝯtinuo vnũ idiuisibile ñ ẽ ꝯtinuũ alteri nꝫ ꝯtiguũ nꝫ ꝯñter ens.

Simul autem ꝛ ꝯtraria dicert ipsos sibi ipsis necesse. Impossibile.n. indiuisibilibus entibꝰ elementis magnitudine ꝛ paruitate differre aerem ꝛ

terram ꝛ aquam. Nō.n. possibile ex inuicem fieri: remanebunt.n. semꝑ maxima corpora segregata: aiunt autem sic fieri aquam ꝛ aerem ꝛ terram ex inuicem.

Hic oñdit leucippū ꝛ democritū sibi ipsi⁹ cōtra dixisse ꝛ diuiditur in duas sicut duas rōes adducit ibi secūda: adhuc neqꝫ dicit de prima q̄ est necesse ipsos dicere ꝯtraria sibi ipsis ꝙ ꝓbatur qm̄ elemētis existentibus in diuisibilib⁹ vt ipsi ponūt. erit impossibile terram aquā ꝛ aerem differre ad iuicē solum magnitudinē ꝛ puitate suoꝝ elementorum: q: tunc nō esset possibile ea ex inuicē generari per segragationē ipsoꝝ qm̄ elementa segregata semper remanebunt maxima nec poterūt minorari ꝛ per ꝯñs nō poterit generari aqua ex terra: neqꝫ aer ex aqua eius cōtrariū ipsi dicunt: aiūt.n. aqua ꝛ aerē ꝛ terra fieri ex inuicē. Intelligenduꝫ ꝙ hec ratio stat in isto ipsi.n. ponebant aerem aquā ꝛ terrā solum differre magnitudinē ꝛ puitatem suoꝝ elemētoꝝ in diuisibiliū dicendo elementa terre esse maiora elementis aqua ꝛ elementa aque esse maiora elementis aeris: ꝛ vlterius dicebant aerem aquam ꝛ terrā esse ex inuicem generabilia. Tunc arguit Arꝫ. ex secūdo deducēdo opositū primi q: si aqua generet ex terra per segragationē elemētoꝝ a tarra aut illa elementa terre minorantur in generatione aque aut nō: si minorantur tunc sequit ꝙ sūt diuisibilia ꝛ nō indiuisibilia vt dicunt si nō minorant tūc elemēta aq̄ nō erūt minora elemētis terre imo erūt maxima ꝛ sic aqua ꝛ terra nō differūt magnitudie ꝛ puitate suoꝝ elemētoꝝ cui⁹ ꝯtrariū ipsi ponunt: qualitercūqꝫ ergo respondeant sequitur ex suis dictis contradictio.

Adhuc neqꝫ scōm hoꝝ suspitionem uidebitur utiqꝫ infinita fieri elementa quoniam corpora quidē differūt figuris: Figure āt oēs cōponuntur ex piramidibus: rectilinea quidē ex rectilineis. Spera autem ex octo partibus Necesse est.n. esse aliqua principia figuraꝝ. Quare siue unuū siue duo siue plura ꝛ simplicia corpora tā ta erunt multitudine.

Ponit secūdā rōem dicens ꝙ scōꝫ hoꝝ suspitiotinem.i. opinionē neqꝫ vtiqꝫ videbitur elementa eē infinita: cuius tm̄ ꝯtrariū posuerūt qō ꝓbat qm̄ secundū eos corpora ad inuicē differunt figuris: figure aūt finite sunt: ergo corpora sunt finita: ꝙ figure sint finite oñditur: qm̄ oēs figure cōponūtur ex piradimibus ꝛ in eas resoluunt: sicut.n. figure superficiales rectilinee resoluūtur in triangulū: ita figure corporee rectilinee resoluunt in piramides ꝛ spera cōponitur ex octo ptibus piramidalibus cū ergo figure sint finite sequit ꝙ prima principia figurarū sint finite: ꝛ q: numerus elementoꝝ est ꝑm numeꝝ pmoꝝ principioꝝ figurarū: sequit elemēta esse finita ꝛ tot scōm numeꝝ qō sunt prima pncipia figurarum siue sint vnū siue duo siue tria siue scōꝫ aliquē aliū numerū. Intelligendū ꝙ dicit Arꝫ. ꝙ spa cōponitur ex octo partibus piramidalibus: istud pꝫ qm̄ si capiantur tres circuli equales qui se intersecent ad angulos rectos: q: oēs terminant ad cētrū illoꝝ circuloꝝ tūc cābuntur octo trianguli q̄ erunt principia illius figure speralis: ꝛ similiter trianguli rectilinei sūt principia aliaꝝ figuraꝝ rectilinearuꝫ.

Adhuc ꝟ si unicuiqꝫ q̄d ꝑ elementorum est aliquis proprius motus ꝛ q̄ simplicis corporis simplex. Nō sunt autem simplices motus infiniti propter neqꝫ simplices lationes ples eē duabus neqꝫ loca infinita esse non utiqꝫ erunt: nꝫ sic infinita elementa.

Arguit silr̄ cōtra pdictos ꝓbando elementa eē finita: q: ex quo vnicuiqꝫ elementoꝝ est aliq̄s mot⁹ ꝓprius ꝛ motus simplices sūt ꝓprij corporuꝫ simplicium: sequit ꝙ tot sūt elementa q̄t sūt motus simplices ipsoꝝ: sꝫ motus simplices elemētoꝝ nō sunt infiniti cū nō sint nisi duo.s. motus sursū ꝛ motus deorsū: nec loca eoꝝ sūt infinita: eodē mō g° elemēta nō sūt infinita. Intelligendū ꝙ lꝫ i genere subalterno loca elemētoꝝ ꝛ silr̄ motus sūt duo vt dictū est ꝛ eodē mō elementa.s. graue ꝛ leue tm̄ in spē specialissima sūt q̄ttuor loca ꝛ quattuor motus elementoꝝ vꝫ sursū simpliciter: sursū secūdū q̄d: deorsum simplr̄ deorsū scōm q̄d: ꝛ ita elementa sunt q̄ttuor in spē specialissima. s. ignis aer aqua ꝛ terra.

Capitulū tertiū tractatꝰ tertij libri tertij de celo ꝛ mundo in quo oñdit ꝙ elementa nō sūt tm̄ vnū.

Qoniam āt necesse finita esse elemēta restat cōsiderare utꝝ plura erunt aut ñ. Quidā.n. unum solum supponunt ꝛ hoc hi quidem aquam: hi autem aerem: hi autem ignem: hi autem aqua subtilius quidem. aer autem spisius. ꝙ continere aiunt omnes celos infinitum ens.

Istud ē tertiū capitulū huius tractat⁹ i q̄ postq̄ Arꝫ. in precedenti capitulo declarauit elemēta nō eē infinita multitudine. Nūc ꝓbat ꝙ ñ sūt tm̄. vnū

diuiditur in duas partes in quarum prima Ar. recitat opiniones ponentiū tantū vnū elementū: in secūda eos reprobat: quicunqꝫ quidem igitur ꝺ prima dicit ꝙ qm necesse est finita esse elemēta restat considerare vtrum sint plura vno aut nō ꝛ tūc ponit opiniones ponentiū tantū vnū elementū dicens ꝙ quidam supponunt vnū solum elementū qui vlterius diuersificati sūt qꝛ quidā dicūt illud elementū esse aquā quidā aer est quidā ignem: quidā aūt corpus mediū inter aquā ꝛ aerem: suptilius aqua ꝛ densius aere cū sit infinitū cōtinet oēs celos. Intelligendū ꝙ aliqui dixerūt aquā esse oium elementū qꝛ primū alioꝝ dꝫ eē humidū ꝛ flexibile vt vbiqꝫ possit eē ad generationē huiusmodi aūt esse aqua quare ꝛc. Alij vero dixerūt tale primū esse aerē ꝓpter eius passibilitatem: ꝛ alij ignē ꝓpter eiꝰ actiuitatē: ꝛ alij corpus mediū ꝓpter eius insensibilitatem: ꝛ posuerūt ipsū infinitum vt nunquā deficiat generationi.

Quicunqꝫ quidem igitur unū hoc faciunt aerem aut aquam: aut aqua quidem subtilius aere autem spissiꝰ si ex huius spissitudine aut raritate alia generant: isti latēt ipsi sibi ipsis aliud aliquid priꝰ elemēto facientes. Est. n. que quidem ex elementis generatio cōposito: ut aiunt. Que autem ad elementa resolutio. Itaqꝫ necesse prius esse natura ꝙ magis subtiliū partium. Quoniam igit aiunt oium corporum ignem subtilissimum esse Primum utiqꝫ erit natura ignis: differt autē nihil: Necesse. n. unum aliquid aliorum esse primum: ꝛ nō medium.

Reprobat p̄dictas opiniones ꝛ diuidit in tres ptes in quarum primo repbat ꝙ nō est tantū vnū elementū qd̄ sit aqua aer vel vapor medius: in secūda ꝓbat ꝙ non est tm̄ vnū elementū qd̄ sit ignis in tertia adducit vnam rōem cōem cōtra oēs p̄dictas opiniones: ibi secūda: quicūqꝫ aūt: ibi tertia cōe āt oibus: prima adhuc in duas sicut duas ratiōes facit ibi secūda: adhuc aūt spessitudine: dicit de pma ꝙ quicūqꝫ faciunt tantū vnū elementū dicentes illud esse aerem ꝛ aquam aut corpus mediū aqua quidem subtilius ꝛ aere spissius si ex huiusmodi corporibus spessitudine aut raritate generant alia isti seipsos decipiūt: qm̄ sunt facientes quoddā aliud corpus prius elemēto qd̄ sic ꝓbatur: qm̄ vt aiunt generatio alioꝝ corpoꝝ ex elementis est cōpositio .i. per cōdensationē: sed generatio que est ad elemēta dū ex mistis elementa generātur est resolutio .i. per rarifactionem ꝓpter qd̄ necesse est ꝙ corpus qd̄ est partium magis subtiliū sit prius naturalis cū itaqꝫ dicant ignem esse subtilissimū corporū sequit ꝙ ignis sit corpus prius natura alijs differt āt nihil ꝓ ista rōe siue tale corpus prius sit ignis siue nō: qꝛ necesse erit vt pꝫ per rōem nūc factam vnū aliqd̄ alioꝝ corporū esse primū elementū ꝛ nō corpꝰ mediū vt ipsi dicūt: Intelligendum ꝙ hec rō stat in isto ꝙ dat ista opinio sequitur ꝙ aliquod corpus est prius elemēto ꝯñs est impossibile ꝛ ꝓbat ꝯña presupponendo s̄m eos ꝙ cōposita generant ex elemētis per cōdensationē ꝛ ecōtra elemēta generantur ex cōpositis per rarefactionē cū ergo ex aere aqua vel corpore meodio possit generari aliud corpꝰ p rarifactionē .s. ignis vel aliud corpus subtilius: sequitur si aer vel aqua aut corpus mediū sit primū elementum ꝙ dabitur corpus subtilius siue simpliciꝰ ꝛ naturaliter prius primo elemēto.

Adhuc autem spesitudine ꝛ raritate alia generant nihil differt quam subtilitate ꝛ grossicie subtile quidem. n. rarum: grossum āt uolunt esse spissū Iterum autem subtilitate ꝛ grossicie idem quod ꝛ magnitudine ꝛ paruitate. Subtile quidē. n. quod paruarum partium grossum autem quod magnarum partium. Quod. n. extēsum in multum subtile tale autem quod ex paruis partibus constans Itaqꝫ ipsis accidit magnitudie ꝛ paruitate diuidere aliorum substantiā. Sic autem determinatis omnia accidit dicere ad aliquid: ꝛ non erit simpliciter hoc quidem ignis hoc autem aqua: hoc autem aer. Sed idem ad hoc quidem ignis: ad aliquid autem aliud aer.

Ponit secūdā rōem dicēs ꝙ ponere alia corpora generari ex vno elemēto per rarefactionē aut cōdensationem est idē ꝙ generat ea per subtilatōes vel grossationē quoniā subtile dicimus esse rarum grossū aūt dicimus esse densum: subtilitas vero ꝛ grossicies idē esse dicuntur ꝙ magnitudo ꝛ paruitas quoniā illud dicimus subtile qd̄ multū extensum p rarefactionē cōponūtur ex ptibus pius: et

econtra illud: os grossum qd componit ex partib^9 magnis: quare p3 q dicentes alia generari ex vno elemento per rarefactionē vel condēsationē determinant eorum ſbam in magnitudine et paruitate ex q ulterius ſequitur q oia corpora erūt ad aliqd cum magnū et paruū3 dicant ad aliqd: et per ꝯns nihil erit simpliciter ignis aut aer vel aqua: ſ3 erit ad h^9 qdā ignis: ad h^9 āt aer vl aq: h^9 āt e ipoſſibile qre etc.

Quod accidit ad plura qdē elementa dicentibus magnitudine āt et paruitate differre dicentibus. quoniam in quanto determinatum eſt unum qdqꝫ erit quedam rō adinuicem magnitudinum: Quare habentia hanc rōem adinuicem neceſſe hoc quidez aerem eſſe: hoc āt ignem: hoc autem terram: hoc autem aquam. propter ineſſe in maioribus minorum rōes.

Reprobat ponētes plura elementa dña magnitudine et paruitate dicens q idez inconueniens accidit dicentibus plura elemēta dña magnitudine et puitate qz ex quo vnūqdqꝫ ipſorū3 eſt determinare quantū corporum magnitudines ſe habebūt ad inuicem i aliq ꝓportione: ita vt q ē ꝓpoſitio magnitudinis ignis ad magnitudinē aeris eadē ſit magnitudinis aeris ad magnitudinē aque: et magnitudinis aque ad magnitudinē terre ſi g^o ſolū pp huiuſmodi proportionē magnitudinū determinatarum ē ignis et aer et aquā et terra tūc ſequit q aer in reſpectu ignis ē aer ſ3 reſpectu aque eſt ignis qz in eadē ꝓportione ſe h3 magnitudo aeris ad magnitudinē aque in q ſe habet magnitudo ignis et magnitudinem aeris et ſimiliter ſequitur q aque reſpectu aeris ē aq ſed reſpectu terre ē aer qz in eadē ꝓportione ſe h3 magnitudo aque ad magnitudinē terre i qua ſe h3 magnitudo aeris ad magnitudinē aq et et qz in maioribus magnitudinib^9 ꝯtinent minores et ꝓportiōes ad eas ſequit q ignis ꝯtinet i ſe magnitudinē aeris aque et terre ſcdm q3 determināt et p ꝯns ignis nō ſolū erit ignis ſed etiā aer aq et terra: ex qb^9 ulteri^9 ſequitur vt prius q nihil erit ignis vel aer vel aliud tale ſimplr et abſolute ſ3 ſolū i reſpectu ad aliud qd eſt impoſſibile.

Quicunqꝫ autem ignem ſupponunt elementum: hoc quidem difugiunt alia autem ipſis neceſſarium irrationabilia accidere. Hi quidem .n. ipſorum figura coaptant igni: quemadmodum piramidez facientes et horum hi quidem ſimplicius dicentes: quoniā figurarum acutiſſima piramis corporum autem ignis. Hi autem perſuaſibilis rōem adducentes quoniam corpora omnia cōponuūt ex eo q ſubtiliſſimarum partium. Figure autez que ſolide ex piramidib^9. Itaqꝫ quoniam corporum ignis ſubtiliſſimu3 Figurarum autem piramis ſubtiliſſima et prima: prima autem figura primi corporis piramis utiqꝫ erit ignis. Hi āt de figura nihil enunciāt ſubtiliſſimum autem partibus ſolu3 faciunt. Deidē ex hoc ꝯpoſito aiunt facta eſſe alia: quemadmodu3 utiqꝫ ſi ex inflata prima deciſione.

Hic ꝓbat q nō eſt tm vnū elementū qd ſit ignis et diuidit i duas qz p^o declarat opinionē illorum qui illud dixerūt manifeſtādo eorum diuerſitatē ſecūdo rū ꝓbat eos ibi: vtriuſqꝫ āt eadē: dic de prima q q cūqꝫ ſupponūt ignē ſolū eē elementū hoc diffugiūt ſ. inconuenientiā q ſequūt ex opinione pcedēti: ſed tū ē neceſſariū ipſis accidere alia i rōnabilia vt poſtea oſtēdet. Et ipſorum aliq adaptāt ignē figurā piramidalē: et iſtorum qdā dixerūt ſimplicius et min^9 rationabili^9 arguentes illud ex duabus affirmatiuis in ſecūda figura p hūc modū: figurā piramidalis ē ſimpliciſſima et accutiſſima et ignis eſt cor^9 ſimpliciſſimū et accutiſſimū g^o ignis eſt figura piramidalis ſ3 ſic arguēdo nil ſequit alij āt ad idē ꝓbādū adduxerūt rōe3 pſuaſibiliorē pmittēdo duo q3 p^m ū eſt q prima corp^9 ex q alia fiūt ex ſimpliciſſimu3 et ſubtiliſſimū: ſcdm eſt q oiu3 figurarū rectilinearū figura piramidalis: ē prima et tūc arguūt ſic. p^o corpori debet prima figura vt p3: ſed ignis eſt corpus primū cū ſit oium corporum ſimpliciſſimū et ſubtiliſſimū et figura piramidalis eſt prima p ſuppoſitione3 g^o ignis ē figure piramidalis. Alij vo ī iſta opiniōe de figura ignis nihil^9 dixerūt ſ3 poſuerūt ignē ſubtiliſſimū corporum et ex eo fieri ꝯpoſita p ꝯdēpſatōez: ſic inflat ſeu rara p eorum ſpiſſacionē pua efficiūt vū ex igne p aliqualē ꝯdēpſationē dixerūt fieri aerē et per aliqlit maiorē aquā: et p adhuc maiorē terram etc.

Utriuſqꝫ autem eadem accidunt difficilia. ſiquidem .n. indiuiſibile primum corp^9 faciunt. iterum ueniunt pri^9 dicte rationes ad hanc ſuppoſitionem. Adhuc non contigit hoc

dicere naturaliter uolentibus ꝯsiderare. Semper. n. omne corpꝰ corpori ꝯparabile scđm quantum: habēt autem proportionaliter magnitudines que similium partium adinuicē ꝛ que elementoꝝ. puta que oēs aque ad omnem aerem: ꝛ elementi ad elementum. similiter autem ꝛ in alijs: Aer autem plus aqua ꝛ subtilissimū grossissimo manifestum quoniam ꝛ elementum minus erit aque quā aeris. Si igitur minor magnitudo existit in maiori diuisibile utiqȝ erit aq̄ elementū. silr āt ꝛ ignis. ꝛ totaliter autē subtilissimoꝝ.

Probat istos ꝛ diuidit i tres sic tres facit rōes ibi secūda. Si aūt diuisibile: ibi tertia magnitudine āt de prima arguit ꝯ eos si dicant ignē eē indiuisibilē qꝛ tūc eis accidūt eadē iconueniētia que cōtra illos fuerūt adducta. s. ꝙ primuū nō esset diuisibile in infinitū: ꝛ ꝙ indiuisibile additū idiuisibili faceret diuisibile: ꝛ ita d alijs: sed adhuc ꝯ istos sic dicentes specialit arguit ostendendo eos nō posse hec dicere nāliter: qm̄ elemēta sūt adinuicē cōparabilia in q̄ntitate ꝛ vnū elementū est maius alio vt totus ignis est maior toto aere ꝛ totꝰ aer tota aqua ex q̄ gᵒ vnū elemētū excedit aliud in q̄titate ꝛ oē excedens aliud est diuisibile i excessuȝ ꝛ in illud per qd excedit seqt̄ ꝙ elemētū excedens aliud est diuisibile ꝛ qꝛ ignis excedit aereȝ erit ignis diuisibilis ꝛ non indiuisibilis.

Si autem diuisibile figurantibꝰ quidem ignem: accidet nō esse ignis partem ignem nō ꝓpter ꝯponi piramidem ex piramidibus.

Secūdo arguit ꝯ ꝑdictos si dicant igenē esse indiuisibilē ꝛ determinate figure: qꝛ piramidalis: ꝯducendo ad duo icōuenientia quoꝝ primū est ꝙ non q̄libet ps q̄ntitatiua ignis esset ignis qd est manifeste falsū: ex q̄ ignis est corpus hōgeneū: ꝛ ꝓbat ꝙ illud sequat̄ qm̄ capta vna pte ignis q̄ sit figure piramidalis cū piramis nō cōponat ex piramidibus.

Adhuc autem non oē corpus eēt aut elementuȝ aut ex elemētis. Pars. n. ignis neqȝ ignis neqȝ alterum elemētum nullumqȝ:

Secūdū inconueniēs est ꝙ nō q̄libet corpus esset elemētū vel cōpositū ex elemētis qd est manifeste falsū ꝛ ꝓbat ꝙ sequat̄ qꝛ capta medietate vniꝰ ignis piramidalis figure tūc illa pars nō eēt ignis cū nō sit priamidalis figure ꝛ ꝑ ꝯsequens fm̄ illos nō esset elementū nec etiā cōpositum ex elementis vt patet quare ꝛc̄.

Magnitudinem autem deetrmnantibus prius aliquid elementi elementum esse. ꝛ hoc infinitum ire. siqdem omne corpus diuisibile: etiam quod minimaꝝ partium elementum.

Tertio arguit ꝯ eos si dicāt ignē esse determinate q̄ntitatis sic ꝙ certa quantitate data minoris eē nō possit deducendo ad alia duo icōuenientia: quorū primū est ꝙ aliqd esset corpus prius ipso elemēto: qd est ipossibile: ꝛ ꝙ sequat̄ ꝓbat̄ qm̄ sumamus vnū ignē sub illa determinata quātitate ꝛ signemꝰ eius medietatē: tūc pȝ ꝙ illa nō est ignis ꝑ positionē ex q̄ nō est sub q̄ntitate ꝓ igne reqsita: nec etiā ē corpus posteriꝰ igne vt pȝ erit gᵒ corpꝰ prius igne q̄ ponit̄ primū elementū q̄re ꝛc̄. Et sic argutū est de illa pte ita possit argui de partibꝰ illius partis in infinitum diuidendo quare ꝛc̄.

Adhuc autem ꝛ his accidit dicere: ꝙ idem ad hoc quidem ignis est ad aliud autem aer ꝛ terra.

Secūdū icōueniens ē ꝙ idē i respectu diuersoꝝ eēt ignis aer ꝛ aq̄ ꝛ terra: ꝯn̄s est ipossibile qꝛ ignis aer ꝛc̄. sūt absoluta de genere sb̄e ꝛ nō de genere relationis. Et ꝙ sequat̄ ꝓbat̄ qm̄ si elementa sūt determinate q̄ntitatis ꝛ adinuicē cōparabilia secūdū determinatas ꝓportōes vt illi fatent̄ ita ꝙ tanta vel tāta q̄ntitas ꝛ talis vel talis ꝓportio i magnitudie sit dr̄a essentialis elementi: tūc sumat̄ vna pars ignis q̄ habeat q̄ntitatē debitā igni ꝛ pȝ ꝙ illa ad aliquā ptem aeris se hȝ i eadē ꝓportione sic totꝰ ignis ad totū aerē ꝛ ꝑ ꝯn̄s respectu illius ptis aeris ipsa est ignis etiā ad aliquā pteȝ aque se hȝ i eadem ꝓportione sic totꝰ aer ad totā aquā: ꝛ ꝑ ꝯn̄s respectu illiꝰ ptis aq̄ ipsa est aer: silr ad aliquā ptem terre se hȝ in eadeȝ ꝓportione sic tota aq̄ ad totā terrā: gᵒ respectu illius ptis terre ipa est aq̄. Iteȝ ad aquaȝ vel ad aliquā eiꝰ ptem se hȝ in eadeȝ ꝓportione sic terra ad aquā ergo sequitur ꝙ respectu eius est terra ꝛ ita de alijs quare ꝛc̄.

Comune autem omnibus peccatuȝ unum elementum supponentibus unum solum motum facere naturalem: ꝛ omnium eundem. Videmus n. omne naturale corpus motus ha

bẽs pricipiũ. Si igit̃ oia corpa unuz aliquid sũt: omniũ utiq; erit un⁹ motus: ⁊ eodẽ necessariũ. Quãto quidẽ utiq; plura fiãt moueri magis q̃ad modũ ⁊ ignis q̃to q̃dẽ utiq; maior fiat fert̃ ueloci⁹ sursũ ea q̃ ipsi⁹ latiõe Accidit ãt mlta deorsũ ferri uelocius Itaq; pp hoc ⁊ adhuc qm̃ deteriatũ est prius: q̃plures naturales motus palã q̃a ĩpossibile unũ esse elementũ

Nũc arguit simul contra omnes ponentes tãtũ vnum elementum dicens: q dato illo sequeretur q esset tantũ vn⁹ motus naturalis: quia motus nãles grauiũ aut leuiũ numerãt ⁊ distĩgũtur s̃z distictionem elementoꝝ vt dictũ est supra. ideo si esset tantũ vnũ elemẽtũ esset tantũ vnus motus naturalis ĩ spẽ hoc aũt ẽ falsũ ⁊ cõtra sensũ cũ videm⁹ multa naturaliter moueri diuersis motibus in spẽ ⁊ non tantũ sursum. sicut mouet̃ ignis ⁊ leuia que quãto maiora sũt velocius ascendũt. sed etiã deorsũ quẽad modũ mouent̃ grauia. Cũ ergo sint plures mot⁹ naturales patet q est impossibile q sit tantũ vnũ elementum.

Uoniam autẽ neq; infinita neque unum plura necesse est esse ⁊ finita. Considerandum ãt primum utrum sempiterna sunt aut generata. Hoc enim ostenso manifestum ⁊ quãta quedam ⁊ qualia sunt

Capitulũ quartũ tractat⁹ tertij libri tertij de celo ⁊ mũdo in quo ostenditur q elementa sũt perpetua sed cõtinue adinuicẽ generabilia ⁊ corruptibilia.

Si istud est q̃rtũ capitulũ hui⁹ tractatus in quo postq̃ arꝫ in precedenti capitulo declarauit q nõ ẽ tantũ vnũ elementũ. Nunc ostendit q elemẽta nõ sunt sempiterna sed sunt ad ĩuicẽ generabilia ⁊ corruptibilia. Diuidit̃ aũt principalit̃ ĩ duas ptes in quarũ prima premittit intentũ cõtinuãdo se ad precedẽtia. ĩ secũda ꝓsequit̃ ibi. Sempit̃na quidez De prima dicit q qm̃ ex dictis est manifestũ q elementa non sũt infinita neq; vnũ tantum: ideo necesse ẽ ipsa esse plura vno ⁊ finita ꝓpter q est a nobis vlterius ꝯsiderandũ ⁊ primo vtrũ sint sempiterna vel generata: hoc enim ostenso erit vlterius nobis manifestũ quãta ⁊ qualia sunt.

Intelligendũ q dicit quãta quãtũ ad numerum: ⁊ qualia quantũ ad virtutes. ⁊ arꝫ non ꝓbat hic q elemẽta sunt tantũ quatuor: q2 hoc ostendit in q̃rto ⁊ in secũdo de generatione. hoc ꝓbatur p hoc q cõbinationes possibiles quatuor qualitatũ primarum sub esse cõpleto sunt tantũ quatuor. s. caliditatis cuz siccitate. ⁊ hec est ignis. caliditatis cum humiditate ⁊ hec est aeris. frigiditatis cum humiditate ⁊ hec est aque. frigiditatis cum siccitate ⁊ hec est terre.

Sempiterna quidem igitur esse ĩpossibile: uidemus enim ⁊ ignem ⁊ aquã ⁊ unumq̃dq; simpliciuz corporꝫ resolutum. Necesse autẽ aut infinitã esse aut stare resolutõnem. Siquidẽ igit̃ infinita erit: ⁊ tempus resolutiõis infinitũ ⁊ iterꝫ cõpositionis. Unũq̃dq; eni ĩ alio tpe dissoluit̃ ⁊ cõponit̃ ptiũ quar̃ accidet extra ĩfinitũ tpꝯ aliud esse ĩfinitũ tps: cũ illud q̃d cõpositõnis infinitũ sit: ⁊ adhuc pri⁹ hoc q̃d dissolutionis. Quare extra ĩfinitũ fieri ĩfinitũ: q̃d q̃d ĩpossibile. Si ãt stabit alicubi dissolutõ: aut ĩdiuisibile erit corp⁹ ĩ quo stat̃: aut diuisibile quid⁹ non tñ diuidet̃ ũq; q̃admodũ uidet̃ Empedocles uidet̃ dicere. Induisibile q̃dẽ igit̃ nõ erit pp pri⁹ dictas rõnes: s̃z tñ neq; diuisibile q̃dẽ nũq; ãt dissoluẽdũ. Min⁹. n. corp⁹ maiori facilius corruptibile siquidẽ ⁊ q̃d mltũ corrũpit̃ s̃z hãc corruptionẽ ut corrũpat̃ ĩ minori. Adhuc. n. magis hoc pati rationabile min⁹. Duobus ãt modis uidem⁹ corruptũ ignẽ. A ꝯtrario. n. corrũpit̃ extinctũ ⁊ ipsuz ĩ se ipso marcescẽs hoc ãt patit̃ minus a pluri ⁊ ueloci⁹ q̃to utiq; sit minus itaq; necesse corruptibilia ⁊ generabilia esse elementa corporum.

Quidem ꝓsequitur de intento ⁊ diuidit̃ in duas partes in quarũ prima ostndit q elementa non sũt sempiterna. in secũda aũt ꝓbat q elementa sunt ad ĩuicez generabilia ⁊ corruptibilia ibi Quoniã aũt generabilia De prima ꝓbat arꝫ. q elemẽta nõ sũt sempiterna arguendo sic. ad sensum apparet elementa ad ĩuicẽ resolui ⁊ trãsmutari vel ergo talis resolutio erit infinita vel aliq̃do terminabit̃: non põt dici q sit ĩfinita: quia tũc sequeret̃ q essent duo tempora totaliter extra inuicez infinita q̃d ẽst reprobatũ q̃rto phisicoꝝ. ⁊ patet ꝯsequẽtia q2 si tempus mẽsurans

resolutionē siue corruptionē elementorum sit infinitum sequit quod etiam tps mensurās eorum compositionē siue generationē sit infinitū: quare erūt duo tempora isinita totaliter extra inuicē. si aūt dicatur quod talis resolutio aliquādo terminabit: vel ergo terminabit ad aliqd idiuisibile sicut dicūt leucipus et democritus: vel ad aliud diuisibile: sicut dicit empedocles. nō potest dici primū propter rationes factas prius cōtra ipsos. si ergo dicat secundum. s. quod terminat ad aliqd diuisibile: cōtra quia corpus maioris potentie illo diuisibili ad qd dicis corruptionem terminari ē corruptibile: ergo multo magis illud qd ē minoris potētie ē corruptibile et per consequens ipsum aliqn corrūpet. Et sic tūc sequit quod ad ipsū non tm nabit resolutio et patet pricipalis consequentia quod corpus elemētare dupliciter corrūpit vnomō corrūpit a contrario vt ignis ab aqua: et alio mō extinguit a se ipso: patet igit quod elementa sūt continue ad iuicē generabilia et corruptibilia et per consequens sūt sempitna. Intelligendum quod elemēta nō eē sempitna pōt itelligi dupliciter. Uno secundum se tota cathegorice sūpta. Alio mō secundum ptes. primo modo nō est verum. cū nō possint secundum se tota aliqn non esse: sed bn ē verum. Secūdomodo et hoc vult aristoteles hic.

Intelligendū secūdo quod cū dicit aristoteles. quod ē ipossibile eē duo tpa ifinita totaliter extra iuicē: quod hoc debet itelligi de infinitis simpliciter: nō aūt de ifinitis secundum quid quia dat secundum cū tps sit ifinitū a pte anī et similiter tps infinitū a pte post. Intelligendū tertio quod ignis dupliciter corrūpit. vnomō per se: et sic corrūpit a suo contrario. alio mō per accidēs. et sic corrūpit a se ipso resoluēdo mām propriā et faciēdo ipam euaporare: secundum quē modū calor nālis viuētis seipsū corrūpit.

Qm̄ autem sūt generabilia: aut ex nō corpore aut ex corpore erit generatio et si ex corpore: aut ex alio: aut ex iuicem nō ex corpore quidē igit generās primo fac generatū vacuū. Omne. n. qd ffit i aliquo: aut sine corpe erit i quo it generatio. aut hēbit corpus. Et siqd habebit corpus. duo simul erunt corpora i eodē. qd quidē factū et qd pexistēs. Si āt sine corpore necesse uacuū eē separatū hoc aūt quod ipossibile. ostēsū ē prius. Sed adhuc neqz ex corpore aliquo cōtingit fieri elemēta. Accidet eni aliud corpus prius eē elemētis. hoc aūt siquidē habebit grauitatem aut leuitatē elemētorum erit aliqd. Nullā aūt hn̄s iclinatōnem imobile erit et mathematicū. Tale aūt ens non erit i loco.

In quo enim quiescit. i hoc et moueri possibile et siquidē ui pt naturā si aūt nō ui secundum naturā. Siquidē igit erit in loco et alicui erit aliqd elemētorum: Si n̄ i loco nihil ex ipo erit. Qd. n. fit. et ex quo fit necesse simul eē. Qm̄ āt neqz ex nō corpe fieri possibile neqz ex alio corpore relinquit ex iuicē fieri.

Nūc probat quod elemēta sūt adiuicē generabilia et corruptibilia. et arguit sic. elemēta nō sūt sepitna vt probatū ē. ergo sūt generabilia et corruptibilia: aut ergo generant ex nō corpore. aut ex alio corpore. aut ex se inuicē. per sufficientē diuisionē. nō ex nō corpore. quia tale nō corpus esset idiuisibile. modo ex indiuisibili non fit diuisibile: neqz etiā generāt ex alio corpore vt statim probabit. ergo sequit quod generant ex se iuicē. vt ignis ex aere. aer ex aqua. Quod nō generant ex alio corpore qd nō sit aliqd elementorum tanquam ex corpore eis priori et per compositionem probat multipliciter: et primo sic si elementū generaret ex alio corpore. tunc sequit quod dat vacuū: vel quod duo corpora sūt simul in eodē loco: quorum vtrūqz ē ipossibile. et probat consequentia quia elemētū qd generat i aliquo loco generat. aut ergo i illo loco est corpus ex quo generat. aut nullū est ibi corpus. quia aliud corpus ibi esse nō pōt. si dicat quod ibi est corpus ex quo elementū generat. tūc sequit primū icōueniēs quod duo corpora sūt simul in eodē loco. s. corpus quod generat et corpus ex quo generat. Si vero dicatur quod ibi nullū est corpus: tūc sequit secundum icōueniēs scilicet quod dat vacuū separatū. Amplius quod elemētū n̄ generet ex alio corpore adhuc arguit quia illo dato sequunt duo alia icōueniētia quorum primū est quod aliqd est corpus prius elementis. secundum est quod tale corpus ex quo elemēta generant nō ē graue: neqz leue. sed ē corpus mathematicū nullū hn̄s motū neqz locū nālem vel violentū vtrūqz illorum ē ipossibile. et quod sequantur probat. et primo primū. qm̄ illud ex quo aliqd generat est naturaliter prius illo sicut materia ē nāliter prior forma ergo si elemēta generarent ex alio corpore sequeretur quod illud esset primum elemētis. Quia etiā secundum sequatur arguit. quia corpus ex quo elementū generat aut est graue vel leue aut nō. si est graue vel leue. aut ergo est simplex vel mixtū. si simplex tūc ē aliqd quatuor elemētorum et nō aliud ab elemētis cuius oppositū fuit assūptum. si mixtum tūc sequeret quod simplex fieret ex mixto et sic mixtū esset prius simplici qd ē impossibile oportebit ergo tale corpus aliud ex quo elementū ponitur generari nō eē graue nec leue. sed eē abstractū a motu et a loco. et per consequens erit corpus mathematicū. et nō corpus naturale qd ē ipossibile. patet ergo quod ex quo elemēta generātur et n̄ ex nō corpore neqz ex alio quod ex se inuicē generātur. Intelligendū quod prima ratio Aristotelis. arguēs quod elementū nō generet ex alio corpore nō concludit quia

p idē posset pbari q nullū corpus generaret ex alio corpore. et q mixtū nō fieret ex elemētis. qa tunc vel essꝫ vacuū vel duo corpora essent simul in eodē loco videlicet corpus qd fit et corpus ex q ipsum fit. Et soluitur illa ratio negādo pnaꝫ: qr illud corpus ex q aliud fit i eodeꝫ loco nō manet cū eo qd fit sed corrūpitur: sic q primū instās eē illi' qd fit ē primū instās nō eē illi' ex q ipsū fit. et io Ar. subiūxit aliā rōnem q deducit ad aliud icōueniēs. s. qd aliqd esset corp' pri' elemētis. hoc eni falsum ē loquēdo solū de istis corporib' generalib' et corruptibilib'. Et cū vlti' hꝫ Ar. p icōueiēti q simplex generetur ex mixto debet itelligi p cōpositioneꝫ ꝫ quē modū posteriora ex priorib' generātur et pposítiora ex simplicioribus sed tn simplex bñ pōt generari ex mixto parere resolutionē qm sicut mixtū cōponitur ex simplicib' ita est in simplicia resolubile.

Capitulū primum tractatus quarti libri tertij de celo et mūdo i quo ostenditur q elemēta nō generāt ad iuicē p segregationē nec p trāsfigurationē. nec per resolutionem superficierum.

Tex. igit psiderandū qs modus ei' q ex iuicē generatōis utruꝫ ut Empedocles dicit et democrit': aut qcūqꝫ isupficies resoluētes: aut ē ali' aliqs modus ab his.

Iste est quartus tractatus huius tertij libri i quo postq Ar. i pcedenti tractatu declarauit vtrū elemēta sint finita ꝫ numerū vel infinita et q sūt adiuicem generabilia et corruptibilia. Nūc ostendit qualis sit modus generationis elemētoꝝ et vtrū sint p se figurata. Diuidit aūt iste tractatus i. 3. capla. i quoꝝ primo ostēdit q elemēta nō generant ex iuicē p segregationē nec per transfigurationē. nec p resolutionē supficierū: in 2° pbat q elemēta non sunt p se figurata rōnib' sūptis ex natura loci et generationis corpoꝝ. in 3° idē facit rōnibus sūptis ex passionibus virtutib' et motibus elementoꝝ. scōm capitulū icipit ibi totaliter aūt tēptare. Tertiū icipit ibi. sed ad hec et ad passiones. Primū capitulū diuidit principaliter i duas ptes i qrū pma premittit itentionē suā in scōa psequit ibi qui qdem igit. Dicit de prima q cū elemēta ex inuicē generētur vt pri' ostensū ē. iterū est a nobis psiderandū qs est modus generationis coꝝ ex iuicē. Utrū videlicꝫ generētur p segregationē ptiū inexītiū vt emped. dicit et democrit': aut vt dicūt quicūqꝫ sūt resoluentes corpora i supficies sicut plōnici. aut est ali' modus generationis coꝝ ab hijs.

Qui quidē igit circa empedoclē et democritū latēt ipsi se ipsos: neqꝫ generationē ex iuicē faciētes sꝫ apparentē generationē. Intus existēs. n. unūq d qꝫ segregari iquiūt tāqꝫ utiqꝫ ex uase generatione existente: sꝫ nō ex quadā materia fieri transmutata.

Prosequit de itēto. et diuiditur i duas ptes i qꝝ prima pbat q elemēta non generātur ex se iuicē per segregationē. i scōa vero pbat q nō generātur ex se iuicē p transfigurationē seu resolutionē supficierum ibi scōa relīqtur aūt. Prima i quatuor sicut quatuor rōnes facit. ibi ꝫa deinde et sit. ibi tertia adhoc aūt mixtoꝝ. ibi quarta necessitate aūt. De prima arguit sic. si elemēta generarēnt ex se iuiceꝫ p segregationē partiū inexītium: tūc sequeret q elemēta generarētur solū ꝫm apparentiā: sicut si aliqs extraheret aliqd ex vase qd prius latebat in eo. et nō generarent ꝫm veritatē p trāsmutatōeꝫ p quā ex materia existente i potētia fieret ens i actu hoc aūt ē falsū qre et c.

Unde dicit q quidē sūt circa empedo. anaxag. et democritū ipi latent. i. decipiūt seipsos. neqꝫ sūt facientes generationē elementoꝝ ex inuicē ꝫꝫ veritatem sed solū ꝫm generationē apparentem: iquiūt eni vnū quodqꝫ elementoꝝ fieri ex alio p segregatōeꝫ intus exñs tanq vtiqꝫ gñatione exñte ex vase: scilicet p extractionem illius qd dicit generari: sed non fieri ex qdā materia transmutata. i. p materie trāsmutatōeꝫ

Intelligendū q empedocles posuit qtuor prima corpora. s. ignē aerē terrā et aquā eē itrāsmutabilia ꝫꝫ sbām. sed diuisa i paruas pces p eoꝝ cōgregationē adinuicē ꝫm varias pportiōes pstituere huiusmōi corpora q appellamus noībus eoꝝ. Unde i quo plus est de igne dixit ignē noīari. et in quo plus ē de aqua aquā et ita de alijs. p segregationem aūt factaꝫ ab huiusmodi corporib' voluit corpora mixta generari. Anaxag. vero principia prima corporum naturaliū posuit infinitas ptes homogeneas i vno quoqꝫ reptas et p segregationem istarū ex illis dixit alia corpora generari. Democrit' autē posuit prima corpora esse idiuisibilia. et ex ipsis p pgregatōeꝫ fieri ignem aerem aquā et terrā et ex hijs postea p segregationem fieri corpora mixta. Ex quib' patet q oēs isti i hoc cōueniūt q possūt corpora generari p segregatōeꝫ inexītiū illis a qbus dicunt fieri segregatōeꝫ. Et cōtra istud arguit Ar. pbādo q talis generatio nō esset generatio ꝫm veritatem sed ꝫꝫ apparentiam tm.

Deide et sic nihil min' irrationabilia que accidūt: eadē. n. magnitudo non uidet pstrictiōe fieri grauior. Necesse āt hoc dicere dicētib' segregari aquā ex aere existētem: cū. n. aqua ex aere fiat: grauior est.

Secūdo arguit sic si vnū elementū generaret ex alio solū p segregationez. sequeretur q p solū motū localem oib' aliis paribus aliqd fieret graui' q pri' 9ñs est falsū. 7 pbatur 9ña. qa dū ex aere generatur aqua ipa generatur solū p segregatōem partiū aque pexistentiū i aere fz eos sed talis aqua generata est grauior q prius erat ū erat in aere vt patz ad sensū igitur 7c. Dicit g deinde 7 sic arguamus irratio nabilia q accidūt ex illa opinione. eadem. n. magnitudo nō videt 9strictōne fieri grauior q pri'. sicut vestis 9stricta nō ē grauior seipa expāsa. necesse autez dicētib' segregari aquā ex aere ipa exñte i eo. hoc dicere. s. q p so ū motū localē fiat grauior q pri'. cum eni ex aere aqua fiat ipa ē grauior q ante quare 7c.

Adhuc āt mixtoꝝ corpoꝝ nō necesse separatū alterū semp āpliorē locum optinere. Cū aūt ex aqua aer fiat: maiorē occupat locū. Qd. n. subtilissimarū partiū i āpliori loco fit manifestū aūt hoc 7 i pmutatiōe: uaporāte. n. 7 ītumescēte humido rūpit cōtinentia moles uasa ppter coartatōez. Quar siquidē totaliter nō ē uacuū neq3 extēdūt corpora quēadmodū aiūt hoc dicētes manifestū q2 ipossibile. Si aūt ē uacuū 7 extēsio irrationabile ex necessitate semp ampliorez locū occupare quod separatur.

Tertio arguit pmittēdo q dū aliq corpora sūt ad iuicē mixta p solā sepatiōnē vni' ab altero non efficit semp illud qd separat maius q pri'. sed semp cuz ex aq fit aer ipe aer ē maior q pri' erat i aq ex q fit. cuz maiorem occupet locū. g nō generat aer ex aq p solā segregatōez igit 7c. Vn dic adhuc aūt nō ē necesse corpoꝝ mixtoꝝ adiui. ē semp alterū sepatū obtiner locū āpliorē cū aūt ex aq fiat aer ipe aer maiorez occupat locū q pri'. qd eni ē subtilissimarū partiū fit in loco āpliori ē aūt hoc manifestū i pmutatione. i. alteratione. humido. n. vaporāte itumescēte a caliditate ipsū rarefaciēte rūpunt vasa cōtinentia moll s ipsi' ppt coartatōez loci respectu cōtenti qd maiorat. qre siquidē totaliter. i. vlr nō ē vacuū neq3 extendūt corpora. s. p rarefactionem qñ ex vno generat aliud quēadmodū aiūt hoc dicente: sc3 empedoc. 7 anaxag. manifestū est q2 ipossibile. s. aerē generari ex aqua p solā segregatōem. vt illi dicūt. Si aūt est vacuū. s. ībibitū corporibus vt dicit democritus. 7 extensio. sc3 aeris dū generat ex aq adhuc sequit irrationabile: ex necessitate ei3 sequitur illud qd separat ab illo occupare locū ampliorē qd est cōtra suppositum.

Necesse aūt 7 deficere eā que ex iuicē gñatione siquidē i magnitudie finita nō sūt ifinita finita Cū. n. ex terra aq fiat: ablatū ē aliquid terre. siquidez segregatiōe generatio. Et itez cū ex derelicto similiter siquidē igit semp hoc erit accidet ifinito ifinita iee. Qm āt hoc ipossibile nō utiq3 semp fiet ex inuicē. Qd quidē igit ñ erit segregatiōe que iuicem transito dictum est.

Quartō arguit sic. Si elementa generarent ex iuicem p solā segregationez sequeretur q generatio elementoꝝ ex iuicē aliqñ deficeret. ita q aliqñ esset dare terrā ex qua nō posset aqua generari. ita de aliis. hoc aūt est falsū 7 oppositū demōstratū est 2° de gñatione. 7 pbatur 9ña qm sumam' vnā terrā pedalez ex q p solā segregationem fz eos generet vna aqua pedalis. deinde ex eadem terra similimodo generet scda aqua pedalis 7 tertia 7 sic vltra. 7 tunc quero vtrum in tali generatione aque pedalis ex illa terra procedatur in infinitum vel aliquando sit status. nō potest dici primum. quia cum talis generatio aque non sit nisi per separationem aque preexistentis in illa terra secundum positionem illorum: si in tali generatione esset processus in infinitum sequeretur q i illa terra pedali essent infinite aque pedales: quod ē impossibile. oportet ergo dicere secundum. scilicet q in tali generatione aque ex terra est status. 7 per consequens aliquando erit deuenire ad terram ex qua non poterit aqua generari. quod erat probandum. Vnde Aristoteles dicit q data illorum opinione tūc erit necesse deficere eam generationem elementorū que est ex inuicem. siquidem in magnitudine finita non sunt infinita: finita scilicet certe buantitatis 7 non communicantia quod sic probatur. Cum enim ex terra fiat aqua ablatum est aliquid terre. siquidē generatio est segregatione idest per segregationem. 7 iterum scilicet ablatum est aliquid terre cum ex derelicto fit. similiter scilicet aqua. siquidem igitur semper hoc erit accidet infinita inesse finito: quoniā aut m hoc est impossibile non vtiq3 semper fient ex inuicem: scilicet aqua 7 terra. Et tunc epilogat dicens q quidem igitur transmutatio elementorum que inuicem non erit segregatione dictum est.

Adducit secundam rationem ꝛ diuiditur ī duas quia primo ponit rationē. secundo remouet dubiū ibi nisi quia. De prima dicit Arꝭ. ꝙ querere propter quid ignis fertur sursum ꝛ terrā deorsum idē est querere sicut siquis quereret ꝓpter quid sanabile si moueatur ꝛ transmutetur ꝭȝ ꝙ sanabile venit in sanitatē ꝛ non in albedinem. similiter autem ꝛ se habēt oīa alia alterabilia. Et adhuc augmentabile cum muteᷣ ꝭm ꝙ augmentabile non deueniet in sanitatem sed ī excessum magnitudinis: idest in magnitudinem maiorem. similiter autem ꝛ vnūquodqȝ horum trāsmutabilium transmutat se: hoc quidem in quali per motum alterationis: hoc autem in quanto per motum augmenti. hoc autem in loco per motum augmēti hoc autem in loco per motum localem. vt grauia ꝛ leuia que quidem leuia sursum: que autem grauia deorsum. Intelligendum ꝙ virtus istius ratiōis stat in isto ꝙ sicut sanabile per se ꝛ ꝭm ꝙ sanabile mouetur in sanitateȝ tanꝙ in suam perfectionem ꝛ sicut in suum finem ꝛ non in albedinem vel aliā qualitatē ꝛ augmentabile in quantitatē perfectā. ꝛ ita de alijs sic graue per se ꝛ ꝭm ꝙ graue mouetur in locuȝ deorsum tanꝙ in perfectionem suam. ꝛ sicut in suum finē ꝛ leue sursum.

Nisi quia hec quidem in seipsis uidetur habere principium transmutationis: dico autem graue ꝛ leue. hec āt nō: sȝ ab extra: puta sanabile ꝛ augmētabile. quāuis quandoqȝ ꝛ hoc ex ipsis transmutare ꝛ paruo factoī his que extra motum. hoc quidem in sanitatem uenit. hoc autem in augmentuȝ ꝛ quoniam idem quod sanabile ꝛ qō lāgoris susceptiuum siquidem moueatur secunduȝ ꝙ sanabile in sanitatē fertur. Si autem secunduȝ ꝙ infirmitatis susceptiuum ad infirmitatem. Magis autem graue ꝛ leue horum in seipsis uidentur habere principium propter propinquissimam substantie horuȝ esse materiam. Signum autem quia latio absolutorum est. ꝛ generatio ultimus motuuȝ. Quare primus utiqȝ erit ꝛ ꝭm substātiaȝ hic motus:

Remouet dubiuȝ quia posset aliquis credere ꝙ sit omnino simile de motu sanabilis in sanitatem: ꝛ augmentabilis in quantitateȝ maiorem. ꝛ de motu leuis sursum ꝛ grauis deorsum. ꝛ dicit Arꝭ. ꝙ nō est omnino simile: quia graue ꝛ leue in actu mouentur per se ad loca sua naturalia a principio intrinseco. s. ab eorum forma: sed sanabile ꝛ augmentabile mouētur a principio extrinseco videlicet ab alterantibus ꝛ augmentantibus. Ideo dicit. Bene dictuȝ est ꝙ sicut sanabile mouetur in sanitatē ꝛ augmentabile ī quantitatem maiorem. sic leue mouetur sursum ꝛ graue deorsum: nisi ꝙ in hoc est differentia: quia hec qdem scilicet graue ꝛ leue videntur habere principiū transmutatiōis in seipsis. hec aūt scilicet sanabile ꝛ augmētabile non habent in se principium sue transmutationis: sed ab extra transmutantur. quāuis quandoqȝ contingat ꝛ hec transmutari ex seipsis: idest ab intrinseco paruo facto. idest in parua transmutatione. vnde leuis egritudo ab intrinseco pōt remoueri. sed fortis non remouetur nisi concurrente causa extrinseca vt medico vel medicina: quare subdit ꝙ in hijs que ꝭa

bent motum ab extra hoc quidem venit in sanitatē vt sanabile· hoc autem in augmentum vt augmentabile. ⁊ quoniam idem est quod est sanabile ⁊ quod est susceptiuum langoris siquidem moueatur ſm ꝙ sanabile est fertur in sanitatez si autem moueatur ſm ꝙ est susceptiuum infirmitatis: fertur ad infirmitatez graue autem ⁊ leue magis ex eipsis videntur habere principium horum. idest suorū motuum localiū propter materiam eorum receptam esse propinquissimā eorum subest: idest forme substautiali a qua effectiue proueniunt illi motus. ⁊ quia solus motus localis fit a principio intrinseco: sequitur ꝙ motus localis est alijs perfectior: cuius signuz est quia latio est absolutorum idest perfectorū. ⁊ est vltimus motuum ſm generationem: quare hic motus scilicet localis vtiqꝫ erit primus secundum substantiam: idest perfectionem licet secundum generationē sit vltimus

Intelligendum primo ꝙ aliqui volunt ꝙ in omni alteratione ⁊ augmentatione siue sint parue siue fortes. proximum mouens est extrinsecuz a primo motu. Unde in leui egritudine que curatur absqꝫ cōcursu medici vel medicine: membrū sanans vtputa cor est extrinsecū membro sanato videlicet stomaco aut alio tali. ⁊ similiter dicunt ꝙ in augmentatione ꝯcurrit aliquid augmentans quod est extrinsecum a mēbro augmentato. Intelligendum secundo ꝙ cum idem subiectum sit in potentia ad qualitates contrarias vt sanitatem egritudinem ⁊c. Ideo oportet ī motu alterationis concurrere agens extrinsecum: nec possunt tales alterationes contrarie fieri ꝑ a forma substantiali alterabilis: quia ab vna forma non potest prouenire per se nisi vnum contrariorum. Et silr dicendum est de motu augmentationis ⁊ diminutionis. de motu autem locali grauis aut leuis secus est quia enim graue est natum solum moueri deorsū naturaliter: ⁊ leue sursum. Ideo motus deorsum grauis a forma sibi intrinseca effectiue potuit prouenire ⁊ similiter motus sursum ipsius leuis. Intelligendum tertio ꝙ motus localis est posterior generatione alijs motibus: quod patet in animalibus: puer. n. antequā moueatur motu progressiuo augmentatur vt acquirat debitam quantitatem ad motum ꝓgressiuum requisitam. ⁊ anteꝙ̄ augmentetur. alteratur cum augmentatio non possit fieri sine generatione. ⁊ generatio non possit fieri sine alteratione. quare sequitur ꝙ inter tres veros motus in eodem mobili ſcd̄s alteratio nō prior via generationis: ⁊ motus localis posterior: propterea dixit Ar. ipsum esse motum ꝑfectoruz. est tamen ceteris motibus prior nobilitate et perfectione cum sit finis eorum nec insit alicui per se nisi fuerit in quantitate aliqualiter perfecta.

Cum quidem igitur fiat ex aqua aer ⁊ ex graui leue uenit in sursū. Simul autem est leue et non amplius fit. sed ibi est: manifestum itaqꝫ ꝙ potentia ens in actum iens uenit illuc. ⁊ ad tātum ⁊ tale: ⁊ ubi endelechia et quanti et qualis et ubi. Eadem autem causa et eius quod iaz existentia ⁊ entia terram ⁊ ignem moueri in ea que ipsorū loca nullo impediente. Eo eniz nutrimentum cum prohibens et sanabile cum retinens non sit: fertur confestiz Mouet autem et quod a principio fecit et impedimentum remouens aut unde resiluit quemadmodum dictuz est in primis sermonibus: in quibus determinauimus ꝙ nihil horꝫ seipsū mouet propter quam igitur causam fertur latorum unūquodqꝫ et ferri in sui ipsius locū quid ē. dictum ē.

Nunc Ar. ostendit causam effectiuam motuum grauium ⁊ leuium ad sua loca naturalia. ⁊ vult ꝙ grauia ⁊ leuia in potentia moueantur ad sua loca naturalia de potentia essentiali a generante: ⁊ per grauia ⁊ leuia in actu moueantur ad sua loca naturalia de potentia accidentali a remouente prohibens. Unde dicit. cum quidem igitur fiat aer ex aqua: ⁊ leue ⁊ ex graui: venit tale qd̄ fit leue in sursum. simul autē est leue ⁊ sursum. ⁊ non amplius fit scilicet sursum cū factum est leue. sꝫ ibi est. Manifestum est itaqꝫ ꝙ potentie ens: scilicet graue aut leue iens. idest vadens in actum illic venit ad tantum ⁊ tale ipsius loci vbi est endelechia. idest actus ⁊ quanti ⁊ qualis. ⁊ eadez est causa eius quod est iam existentia terram ⁊ aquam moueri in ea loca que ipsarum naturalia nullo impediente. ⁊ nutrimentum moueri eo: idest ad illud mēbrum ad quod aptum natum est moueri cum prohibens fuerit remotum. ⁊ sanabile moueri ad sanitatē cum retinēs ipsum in egritudine remotum fuerit. ⁊ vniuersaliter graue aut leue in actu mouentur localiter ab eo quod est remouens illud quod a pricipio fecit impedimentum. ⁊ hoc in motu naturali. Aut ab eo vnde. idest a quo resiliuit siue expulsum fuit: ⁊ hoc in motu violento quēadmodū dictum est in primis sermonibus octaui phic. in quibus determinauimus ꝙ nihil horum: scilicet grauiuz ⁊ leuium simplicium mouet seipsum sine consensu motoris extri

feci. ꝛ tunc epilogat dicens quod dictum est propter quam causam vnūquodqꝫ grauium ꝛ leuium latorū fertur sursum aut deorsuꝫ. ꝛ quid est graue aut leue ferri in locum sui ipsius. s. naturalem. Intelligēdū primo ꝙ generans graue au leue simul tempore dat formam scilicet grauitatem ꝛ leuitatem cum forma substantiali. ꝛ vbi sursum vel deorsum. Ideo dicit Arꝭ. ꝙ cum ex graui fit leue simul tempore fit leue ꝛ fit sursum. ꝛ cum factum est leue factum est sursum. imo prius secundum causalitatem fit leue ꝙ sursum ex quo leuitas est causa motus sursum. Intelligēdum secundo ꝙ cum ex graui fit leue vel econuerso illud quod fit graue vel leue mouetur ad tantum ꝛ talem locum ad quantum ꝛ qualem ipsum moueri exigit grauitas aut leuitas quam acquirit: ꝛ in quanto ꝛ quali reperitur completo motu vt quantitas loci non importet solum magnitudinem ipsius sed etiā eius distantiam a termino a quo motus. Unde si fit leue simpliciter mouetur simpliciter sursum: ꝛ si fit leue fm quid: ꝛ ita de aliis. ꝛ ad huius declaratioeꝫ vide cōmentatorem cōmento. xxv. sic dicentem: ꝛ intellige per quantitatem finem loci ad quem est possibile vt illud motum moueatur ꝛ ad quē mouebitur illius loci ꝛ intelligo per qualitatem sicut locum proprium corporis cōtinentis ipsum: qui est ei sicut vbi omne enim motū habet ex istis reb' res terminatas verbi gratia. ꝙ cū aqua fiet aer mouebitur ad locū qui est sub loco ignis. ꝛ ad quantitatē terminatā fm suam leuitatem ꝛ respicit de corporibus cōtinētib' corpora determinata. Non enim omne qđ mouetur mouetur ad quēlibet locum: neqꝫ ad quālibet prem loci vnius in genere neqꝫ respicit de corporibus continentibus quodlibet corpus ꝛc. Circa istud capitulum dubitatur vtrū grauia ꝛ leuia moueantur ad sua loca naturalia a generante vel a remouente prohibens. Arguitur ꝙ nō. primo sic. ab illis nō mouentur grauia ꝛ leuia ad sua loca naturalia. que stat esse multum distantia dum sic mouentur. sed stat tā generans quā remouens prohibens esse huiusmodi ergo ꝛc. patet ꝯña cū minori. ꝛ maior colligit̄ septio phic. vbi ostēditur ꝙ i omni motu proximū mouēs ꝛ motū sunt simul. secūdo ab illis nō mouentur grauia ꝛ leuia que stat esse corrupta ipsis sic motis. sed stat generans ꝛ remouens prohibens esse corrupta dum grauia ꝛ leuia mouentur ad sua loca naturalia ergo ꝛc. patet iterum ꝯña ꝛ assumptū pro vtraqꝫ pte est manifestum. Tertio illa que mouentur a principio intrinseco non mouentur a generante vel remouente prohibens. sed grauia ꝛ leuia dum mouentur ad loca sua naturalia mouentur a principio intrinseco ergo ꝛc. patet consequētia cū maiori. quia tam generans quā remouens prohibens sunt motores extrinseci. ꝛ minor colligitur ab Arꝭ. in littera dū dicit nisi quia hec quidem in seipsis videntur habere principium transmutationis. dico autem graue ꝛ leue. hec autem non sed ab extra puta sanabile ꝛ augmentabile. Idem sentire videtur commentator cōmento xxij. huius quarti. ꝛ cōmen. xxiij. ꝛ expressius scđo phic. cōmento primo dum dicit ꝙ non inuenit corp' simplex quod alteretur ex se. aut quod generetur ex se. sicut inuenitur corpus simplex quod transfertur in loco ex se. ꝛ cōmento tertio dum dicit. Quoniaꝫ non dubitamus ꝙ ista mouentur ex se non ex motore extrinseco scilicet quatuor elementa ꝛ oia corpora ex se. Et octauo phic. cōmento. xxviij. vbi loquendo de graui ꝛ leui dicit. Ista eniꝫ videntur moueri ad sua loca naturalia ex se ꝛ ad loca opposita suis locis naturalibus ex aliis. Uerbi gratia ꝙ lapis ad iferi' mouetur per se naturaliter ꝛ ad superius p violentiā ꝛ econtrario ignis ꝛc. In oppositum ꝛ pro parte affirmatiua dubij videtur esse Arꝭ. in octauo phic. i illo capitulo. Mouentiū igitur ꝛ eorꝫ que mouentur vbi in fine concludendo dicit. eorꝫ autē que natura iterum que a seipsis mouentur ab aliquo. ꝛ que a se ipsis vt grauia ꝛ leuia aut enim a generante ꝛ faciente leue aut graue: aut ab impedientia ꝛ prohibentia soluente. ꝛ idem asserit in isto capitulo in ista parte. cum quidem igitur fiat. dicens graue aut leue moueri a generante aut remouente impedimentuꝫ quēadmodum dictū est in sermonibus in quibus determinauimus ꝙ nihil horꝫ scilicet grauium ꝛ leuiū seipꝫ mouet. ꝛ idem asserit cōmentator in pluribus locis

Pro isto dubio premittendū primo ꝙ elemēta dupliciter capi possunt. Uno modo in potētia. alio modo in actu. verbi gratia ignis in potentia ꝛ ignis i actu. ignis in potentia est corpus ex quo pōt fieri ignis in actu. ꝛ sic terra dicitur ignis in potentia. Ignis in actu est corpus habens actualiter ignis formaꝫ. Premittendū secundo ꝙ duplex est potentia scilicet essentialis ꝛ accidentalis. potentia essentialis est potētia que est ad essentiam seu formā que est principiū operationis. Sed potentia accidentalis est potentia habētis formam ꝛ non operantis. que ideo dicitur accidētalis. quia non est ad formam sed ad operationem q̄ est accidēs consequens formā. ex quo sequit̄ vlteri' ꝙ duplex est motus scilicet de potentia essentiali ꝛ de potentia accidentali. motor qui tribuit formā dicit̄ mouere de potentia essentiali. vt generans ignem ex terra dicitur mouere terram que est ignis in potētia superius de potentia essentiali: quia tribuit sibi formam ignis ꝛ leuitateꝫ que sunt principia mot' sursū Sed motor qui habenti formā tribuit tantum operationem dicitur motor de potentia accidentali. sicut si ignis in actu esset detentus deorsum ꝛ aliqđ remoueret ipedimentum ꝓpter qđ mo ueretur sursū: talis remouēs ipedimentū diceretur mouere ignem sursū de potentia accidentali. Quibus habitis ponunt̄ alique conclusiones. prima conclusio grauia ꝛ leuia

in actu mouentur a suis locis natural ib' sicut a fine Ista conclusio patet in littera. Secūda conclusio grauia ⁊ leuia in potentia effectiue mouentur ad sua loca naturalia de potentia essentiali a generante. patet quia ab ipso recipiunt formam que est pricipium motus cor. Tertia conclusio grauia ⁊ leuia in actu affectiue mouentur per se ⁊ imediate ad sua loca naturalia ab eorum formis substantialibus cum suis qualitatibus localiter motiuis. probatur quia ōis talis motus est naturalis. ergo est principaliter a natura. ⁊ non a natura que est a materia cum ipsa sit pure passiua. ergo a natura que est forma substantialis grauis aut leuis. ⁊ cū forma substātialis nō operetur sine instrumēto erit instrumentaliter a grauitate aut leuitate quare sequitur ꝙ ex forma substantiali grauis aut leuis ⁊ ex grauitate aut leuitate fiet principium per se ⁊ imediate productiuum motus naturalis grauis aut leuis. ⁊ hanc conditionem volunt omnes auctoritates Ar. ⁊ cōmentatoris. que grauia ⁊ leuia dicunt moueri ex se ⁊ ab intrinseco ad sua loca. Quarta cōclusio grauia ⁊ leuia in actu effectiue mouentur de per accidens ⁊ mediate quantum ad motus incohationem ad sua loca naturalia a remouente prohibens. probatur quia graue aut leue in actu si debet incipere moueri ad suum locum nālē oportet ꝙ prius quiescat in loco violento. ⁊ hoc erit ab aliquo detinente ipsum ⁊ prohibente ne moueat ad suum locū naturalem. quod prohibens oportebit remoueri. si illud graue aut leue debeat naturaliter moueri. ⁊ remouens tale prohibens dicitur actiue mouere graue aut leue. de per accidens tamen ⁊ mediate. sicut aperiens fenestram de per accidens ⁊ mediate dicitur esse causa effectiua illuminationis domus. Et ex ista conclusione habetur intellectus Ar. ⁊ aliorum dicentium grauia ⁊ leuia nō moueri per se siue a seipsis. Intelligunt enim ꝙ non mouētur a se ipsis per se. idest solum ⁊ absq; concursu motoris extrinseci: modo nunc declarato: tamen mouentur ad sua loca naturalia a se ipsis per se. idest naturaliter ⁊ a principio intrinseco vt prius dicebatur ⁊ ista non repugnant. Quinta conclusio grauia ⁊ ⁊ leuia in actu mouentur a se ipsis ad sua loca nālia de potentia accidentali. patet ex suppositionibus p̄missis. Sexta cōclusio grauia ⁊ leuia in actu mouentur ad sua loca naturalia a remouente prohibēs de potentia accidentali: patet vt prior. quoniā grauia ⁊ leuia in actu non recipiunt a remouente impedimentum formam que est principium operationis sed operationem tantum. Et si vis clarius intelligere ea que dicta sunt de potentia essentiali ⁊ de potentia accidentali. vide cōmentatorem octauo phic. cōmēto quarto. ⁊ expressius commē. xxxij. vbi ponit hec verba. ⁊ similiter ignis habet duas potentias. potētiam essentialem ⁊ est potentia que in corpore ex quo generatur. ⁊ potentiam accidentalem ⁊ est potentia que est in igne quando impeditur. ⁊ ista sm̄ ꝙ est accidentalis indiget motore accidentali econtrario prime potentie. Et cum ita sit questio igit̄ dicēs vtrum ista corpora simplicia mouerentur in loco amotore extrinseco aut ex se: distinguendum est in respō sione ad illam. quoniam motus qui est in potentia vera naturali: ⁊ ē potentia que est in re ex quē generatur corpus simplex in quo inuenitur motus: necessario indiget motore essentialiter. ⁊ est illud qd ē illud quod est extrinsecū scilicet generans. generās enim est illud quod dat corpori simplici generato formam suam ⁊ omnia accidentia cōtingentia forme quorum vnum est motus in loco. ⁊ ideo cū forma fuerit completa in eo complebitur vbi suum debitū ⁊ alia accidentia nisi aliquando impediat. Potētia vero ad motum que accidit inueniri in corpore simplici quando impeditur in tempore sue generationis quin moueatur ad suum locum naturalem ab aliq̄ impedimento quando generatur in loco extraneo: aut quando exit a suo naturali ab aliquo extrahēte: non indiget in hoc ꝙ exeat in actum motore extrinseco essentialiter cum sit potentia accidentalis ⁊ cetera ⁊ paulo post subdit ⁊ proprium est potentie essētiali vt non fiat in actu nisi propter motorem essentialem ⁊ ꝙ non venit ad actum nisi quando congregāt duo scilicet recipiens ⁊ agens econtrario potentie accidētali que non indiget ad hoc ꝙ exeat ad actū motore extrinseco. nisi per accidēs. ⁊ est recessus impedimēti. Ad rationes autem que ad vtranq; partem dubij adducte sunt qualiter sit respondendū patet ex dictis.

Capitulum primū secundi tractatus libri quarti de celo ⁊ mundo. in quo determinatur de differentijs grauium ⁊ leuium.

Differentias autē ⁊ accidentia circa ipsa nūc dicamus. Primum quidē igitur determinatū sit quemadmodum uidet̄ omnibus graue quidem simpliciter: quod omnibus substat: leue autē qd oībus supereminet. Similiter autem dico in genus respiciens ⁊ quibuscunq; non ābo existūt: quale uidet̄ ignis quidem quecūq; magnitudo sursum lata si nō existat ꝓhibēs alterū terre autē deorsum. eodem autem modo ⁊ uelocius quod plus.

Iste est secundus tractatus quarti libri de celo ⁊ mūdo. In quo postquā Ar. in precedenti tractatu narrauit opiniones antiquorum de graui ⁊ leui ostendendo propter quid grauia ⁊ leuia moueantur ad sua loca naturalia. nunc determinat de differentijs grauium ⁊ leuium ostendendo ꝙ est dandum corpus simpliciter graue ⁊ corpus simpliciter leue: ⁊ corpus graue aut leue in respectu. ⁊ diuiditur in duo capitula. in quorū primo determinat de differentijs grauium ⁊ leuium. in secundo autem ostendit quod est dandū corpus simpliciter graue ⁊ corpus simpliciter leue. ⁊ corpus graue aut leue in in respectu. ibi secundum capitulum. quoniā autē ē. Primum capitulum diuiditur in duas partes i quarum prima determinat de differentijs grauium ⁊ leuium simplicium. in secunda de differentijs grauiū ⁊ leuiū compositorum. ibi quoniam autem ⁊ aliorū. Prima habet duas partes. In prima determinat de differentijs grauium ⁊ leuium simpliciter. In secūda idē facit de grauibus ⁊ leuib' in respectu ibi. Aliter aūt graue. dicit de prima. ꝙ nos nunc dicamus differentias ⁊ accidentia que sunt circa ipsa' scilicet grauia ⁊ leuia. primum quidem igitur quemadmodum omnibus recte sentientibus videtur sic determinatum: idest diffinitum graue quidem simpliciter quod omnibus substat deorsum latum secundam naturam.

Leue autē simpliciter quod omnibus superemiet sursum latis. simpliciter autem dico respiciens in genus idest in materiam ipsorum que secundum ꝙ sūt talia sunt simpliciter talia. ⁊ respiciens in ea quibuscunqꝫ non existunt ambo scilicet grauitas ⁊ leuitas sed alterum tantum. quale quidem videtur esse que cunqꝫ ignis magnitudo: siue pars sursum lata scilꝫ simpliciter: si non existat alterum quod sit prohibēs ⁊ quelibet pars terre deorsum simpliciter eodeꝫ modo. Et quod plus ignis aut terre velocius ascendit vel descendit. Intelligendum secundum cōmentatoreꝫ cōmento. xxvj. ꝙ graue ⁊ leue simpliciter dupliciter diffiniuntur. Uno modo per motum vt ꝙ graue simpliciter est quod mouetur simpliciter deorsum. Et leue simpliciter est quod mouetur simpliciter sursum. Alio modo per quietem in suis locis naturalibus. vt quod graue simpliciter est quod naturaliter quiescit sub omnibus corporibus. ⁊ leue simpliciter ē quod naturaliter quiescit super omnia corpora recte mota. ⁊ iste due diffinitiones sunt magis notificantes naturas eorum ꝙ prime: quia magis naturale est graui ⁊ leui quiescere in suis locis naturalibus ꝙ moueri ad ea: cum non moueantur ad ipsa nisi post violentiam eorum. ⁊ in talibus diffinitionibus ponuntur operationes locorum differentiaruꝫ quia differentie latent. Intelligendum vlterius secundum cōmentatorem ꝙ graue ⁊ leue simpliciter est illud in quo non inueniunt due potentie in simul: scilicet grauitas ⁊ leuitas: sicut reperiuntur in aqua ⁊ in aere. Uult ergo ꝙ graue simpliciter habet grauitatem tantum. ⁊ leue simpliciter habet grauitateꝫ tantum. sed graue ⁊ leue in respectu vt sunt aer ⁊ aq̄ habent grauitatem ⁊ leuitatem. ⁊ quia ex hoc aliqs posset credere ꝙ in elementis medijs sint grauitas ⁊ leuitas adinuicem mixte sub gradibus remissis. Remouendo hoc dicit ꝙ ex hoc non est intelligendum ꝙ in elementis medijs sint due potentie insimul scilꝫ grauitas ⁊ leuitas quemadmodum album ⁊ nigruꝫ existunt in rubeo: quia si ita esset tunc aqua ⁊ aer componerentur ex igne ⁊ terra quod est falsum. sed est intelligendum ꝙ due potentie insimul existunt in eis secundum comparationem scilicet grauitas ⁊ leuitas in respectu. vnde aqua est leuis in cōparatiōe ad terram quia existens in loco terre ascendit ad locum suum. sed est grauis in comparatione ad ignem ⁊ aerem. quia a loco ignis ⁊ a loco aeris descēdit ad locum suuꝫ. ⁊ hoc facit non per diuersas qualitates motiuas. sed per vnam simplicem qualitatem: que aliquando mouet sursum ⁊ aliquando deorsum. vt dictum est ⁊ ppter hoc dicitur grauitas ⁊ leuitas in respectu. ⁊ similiter dicendum est de qualitate localiter motiua ipsius aeris: que in loco ignis mouet deorsum. ⁊ in loco terre ⁊ aque mouet sursuꝫ. Leuitas autem ignis est leuitas simpliciter. quia solū mouet sursum ⁊ nunꝙ deorsū. ⁊ grauitas terre est grauitas simpliciter quia solum mouet deorsum. ⁊ nūꝙ sursū

Aliter autē graue ⁊ leue quibus ābo existunt. Eteni superferuntur quibusdam ⁊ substant quēadmodum aer et aqua. Simpliciter quidem eni neutrum horū leue aut graue. Terra quidē. n. ambo leuiora. Supereminet eni ipsi quecūqꝫ ipsorum particula igne aūt grauiora. Substat eni ipsorum quātacūqꝫ utiqꝫ sit particula. ad seipsa autē simpliciter hoc quidē graue hoc auteꝫ leue. Aer quidē eni quātuscūqꝫ sit supeminet aque. Aqua aūt quantacunqꝫ utiqꝫ sit aeri substat.

Hic determinat de graui ⁊ leui in respectu i simplicibus: ponēdo eorum diffinitiones dicēs ꝙ aliter dicūt

graue ꝛ leue: q̄b⁹ existūt āබo. s. subeē ꝛ supeminere. Et eni q̄busdā subſtāt ſapserūt ꝛ q̄busdā queadmoꝺ sūt aer ꝛ aq̄ quidez enim neutꝝ hoꝝū est simpliciter leue aut graue ſicut ſunt ignis et terra. ſed ſolum ſecundum quid. quidem enim ambo ſunt leuiora terra. Quia quecunque ipſorum particula super mi net ipſi terre. igne autem ſunt grauiora. Quia quecunque ipſorum particula supereminet ipſi terre ſubſtat igni. enim quantacūque utique ipſoruʒ particulam ad ſeipſa cōparata ſimpliciter. ideſt vniuerſaliter hoc quidem graue ſcilicet partiuʒ aque reſpectu aeris. hoc autem leue ſcilicet partium aeris reſpectu aque. aer quidem enim quātumcuuqʒ utiqʒ ſit supereminet aqua. aqua autem quantacunqʒ utique ſit ſubſtat aeri. Intelligendum ꝙ ſicut ignis eſt leuis ſimpliciter: quia omnibus ſupereminet. et terra eſt grauis ſimpliciter. Quia omnibus ſubſtat ſecundum naturam. Sic a r et aqua ſunt grauia ꝛ leuia in reſpectu. quia cuidam corpori naturaliter ſubſtant vt igni. ꝛ cuidam naturaliter ſupereminēt: vt terre. ꝛ ſi comparentur adinuicem: aer reſpectu aque eſt leuis: quia ſibi naturaliter ſupereminet. ꝛ econtra reſpectu aeris eſt grauis. quia ſibi naturaliter ſubſtat. ꝛ ſimiliter diffiniri poſſent per motum: vt per alicui naturaliter ſupraferri. ꝛ alicui naturaliter ſubferri.

Quoniā āt ꝛ aliorū hec quidē habēt grauitatē. hec āt leuitatē: mānifeſtum qꝛ hoꝝ quidē cā oīum que ī cōpoītis differētia. Secūdū. n. illa ſortiri hui⁹ quiꝺ plus. hui⁹ āt min⁹ erūt hec quiꝺ leuia. hec āt grauia corpa: quare de illis dicendū. Alia eni ſequūtur pria quod quiđ dicebāuſ oportere facere Et propter plenū graue dicētes ꝛ propter uacuum leue.

Nunc Ariſto. determinat de differentijs grauium ꝛ leuium mixtorum. Et diuiditur in duas. q̄a primo facit hoc. Secundo remouet vnum dubiuʒ. ibi. Accidit autem utiqʒ. Dicit de prima. Quoniam autem ꝛ aliorum. quia corporum compoſitorum hec quidem habent grauitatem. hec autem leuitatem. Manifeſtum quidem quia omnium horum cauſa eſt differētia que ē in ipſis compoitis ex parte ſimplicium componentium. ſecundum enim illa ſcilicet compoſita ſortiri. huius quidem plus. ſ. elementorum leuium. huius quidem minus ſcilicet elementorum grauium. vel econuerſo erunt de numero corporum compoſitorum. hec quidem leuia. hec autem grauia. Quare illis: ideſt ab illis anticꝭs dicendum: quia alia ſcilicet corpora compoſita ſequuntur prima ex quibus compouuntur in grauitate ꝛ leuitate. Quod quidem dicebamus oportere facere dicentes corpus eſſe graue propter plenum ꝛ eſſe leue propter vacuum ſcilicet aſſignare cauſā: quare plenum eſt graue. ꝛ uacuum eſt leue: quod tamen non fecerunt. ideo inſufficientes fuerunt.

Accidit utiqʒ nō ubiqʒ hec grauia uideri eſſe et leuia propter primorum differentiā. Dico aūt puta ī aere quidem grauius erit talenti lignū plumbo uiuareo in aqua autem leuius

Mouet dubiu ⁊ vnum. Et diuiditur in duas partes. quia primo mouet. Secundo ſoluit. ibi. Cauſa autem. De prima vult. quod licet corpora ſint grauia: aut leuia ſecundum ꝙ plus habent de elementis grauibus quam leuibus: vel econuerſo. tamen aliqua ſunt corpora compoſita ſic ſe habentia quod in uno loco vnum eſt grauius alio. Et in alio loco eſt eodem l uius ſeu minus graue. Ut uerbigratia. Magnum lignum in aere eſt grauius paruo plumbo. ꝛ in eodem velocius deſcendit In aqua autem eſt econuerſo: ꝙ paruum plumbum eſt grauius magno ligno. Quoniam paruū plumbum deſcendit in aqua. ꝛ magnum lignum non deſcendit: ſed ſupernatat. Dicit ergo qꝺ utique accidit non ubique hec corpora compoſita videri eſſe grauia. Et hec eſſe leuia propter differentiam primorum. ideſt ſimplicium componentium. Dico autem: puta in aere quidez grauius erit lignum valoris unius talenti: ideſt magnum plumbo uiuareo: ideſt valoris unius obolis ſiue paruo. in aqua autem erit leuius.

Cauſa autē quia oīa grauitatē habēt preter ignē ꝛ habere neceſſariū: aquā autē ubiqʒ preterq̄ʒ in terra aerē aūt ubiqʒ preterquā in aqua et terra. In ea eni que ipſius regiōe omnia grauitatē habēt preter ignē etiam aer. Signum autē quia trahit plus inflatus uter uacuo. Itaqʒ ſi aliquid aeris habet plus q̄ʒ terre et aque. in aqua qui

dem cōtingit leuius esse quoddaȝ in aere aūt grauius. Aeri quidem enim non supfertur. aque āt supfertur

Soluit dubiū dicens: ꝙ cā eius quod dictū est de magno ligno et paruo plūbo est: quia omnia elementa habent grauitatē preter ignē. ꝛ ē necessariuȝ aquā vbiqȝ habere grauitatē preterquā in aqua et terra. Unde omnia elemēta in ea regione que ipsius ē habent grauitatē preter ignē etiā aer scilicet ē grauis in loco suo. Signū autem huius ē: quia uter inflatus aere plus trahit deorsum in aere vtre vacuo. itaqȝ si aliqd habet plꝰ aeris et terre ꝛ aque sicut est lignum. in aqua qdem contingit leuius eē quodam alio vt plūbo. in aere autem grauius: quod patet. quia lignū non suprafertur aeri: sed in eo plumbo uelocius descendit. aque autem superfertur ligṇuȝ in qua tamen plumbum descendit. Intelligendū pmo scdm commentatorem commēto. xxix. ꝙ aer ꝛ aqua in suis locis sunt magis graues quā leues: quod per hoc signum declarat. quoniam aer in loco suo facilꝰ expellitur ad inferius quā ad superius. ꝛ similiter est de aqua. Intelligendum secundo secundū cōmentatorem ꝙ quia terra est grauis in oībus locis. ideo mixtū in quo terra dominatur alijs elementis est graue in omnibus locis vt plumbum. et mixtum in quo aqua dominatur alijs elemētis ē graue in tribus locis tātum. scilicet ignis aeris ꝛ aq̄ ꝛ mixtum in quo aer dominatur alijs elemētis est graue in duobus locis tantū scilicet ignis et aeris: lignum. Ex his patet solutio ad dubium Arī. nā nam magnum lignum est grauiꝰ in aere paruo plūbo. quia aer aqua ꝛ terra que sunt in magno ligno: sunt maiora ꝛ plꝰ pōderātia in aere quā aer aqua et terra que sunt in puo plūbo cuȝ sint pauca. in aqua autē est contrariū ꝙ paruū plūbum est grauius magno ligno. qꝛ aer qui dominatur in ligno est leuis in aqua. ꝛ resistit motui deorsū ipsius ligni: quod nō contingit in puo plūbo: cū in ipso nō dominet aer: sed terra que in oibus locis est grauis. Ex quibꝰ vlterius sequitur ꝙ ista coña non ualet. plus est d aqua ꝛ terra in magno ligno quā i paruo plūbo. sed paruum plūbum descendit in aqua. ergo magnū lignū descendit in aqua. ꝛ causa ē: quia in magno ligno plus est de elementis leuibus resistentibus motui deorsum in aqua quā de elementis grauibꝰ trahentibus deorsum. ꝛ contrarium est in paruo plūbo. Sed dubitatur. Utrū quodlibet elementum in suo loco naturali habeat grauitateȝ per quā grauiter igne excepto qui est sūme leuis ut velle uidentur Arī. et cōmentator. Et arguitur ꝙ non: qꝛ si aer grauitaret in spera sua cū supra nos multuȝ aerem habeamus. huiusmodi aer non compmet ꝛ eius grauitatem perciperemus. Cuius oppositū ad experientiā patet. ꝛ idē argueretur de aqua ꝙ si in loco suo grauitaret natātes qui sub ea submergūtur eiꝰ pōderositatē perciperent: quod nō videmus. ꝛ similiter argui posset de terra. Ad partem affirmatiuam arguitur. quoniā lignū in aere est grauius plūbo. ꝛ in aqua est minus graue. quod non uidetur p alio cōtingere nisi quia aer qui in ligno dominatur in aere grauitat ꝛ in aqua leuitat: quod etiā confirmatur p experientiā Arī. de utre pleno aere qui in loco aeris plus grauitat utre consimili vacuo. ꝛ similiter dicenduȝ videtur de aqua que naturalit trahit ad locuȝ terre decliuiorē: quod non eēt nisi i suo loco grauitaret. ꝛ terra etiam ē densior prope centrum quā in circūferentia: quod nō uidetur ex alio procedere: nisi qꝛ partes terre circūferētiales grauitant et cōprimunt cētrales uersus mediū mundi. In isto dubio sunt due opiones opposite: quas tangit cōmentator cōmento. xxxᵒ. Una ē Arī. quaȝ cōmentator insequtur: que vult vt tactū est circa lrām: ꝙ oē elementuȝ grauitet in suo loco naturali preter ignē. minus tñ grauitat in suo loco naturali: quā si eēt in loco supiori ad suū locū naturalē. Uñ aer plꝰ grauitat in loco ignis quā in ppria spera. Et ex hoc soluūtur rōnes in oppositū facte. qm̄ ille bñ pbāt ꝙ elemēta in suis speris nō multū siue intēse grauitant quod ē cōcessum. sed ꝙ nullo mō grauitent nō cōuincunt. Alia vero est opinio Themistij qui in hoc loco vt asserit cōmētator Arī. abnegauit. Uoluit. n. nullū elemētū in suo loco naturali grauitare: aut leuitare. trahere sursū uel deorsū: sicut facit i loco uiolento. quodlibet. n. elementū dū est in loco suo naturali appetit ibi qescere ꝛ permāere. dū autē fuerit extra suū locū naturalē appetit ad ipsū moueri. Uñ aer si fuerit i loco tre uel aq̄ leuigat: et sursū mouet ad suā sperā. si āt fuerit i loco ignis grauitat ꝛ mouetur deorsū. i ppꝛio āt loco qescit nō grauitādo neqȝ leuitādo. Et ad dictū Arī. de magno ligno ꝛ paruo plūbo rñdet dicēdo ꝙ cā quare magnū lignum in aere ē grauiꝰ puo plūbo nō ē: qꝛ aer q dñatur i ligno grauitet i suo loco ē. Sed qꝛ tra ꝛ aqua q sūt in magno ligno sūt maiora tra et aq̄ que sūt in paruo plūbo. ꝛ cū hoc aer q ē in ligno nō ipedit eius descensū in aere. ipedit āt eius descēsū in aq̄. In puo autē plūbo nō ē aer qui possit impedire eius descēsū i aq̄ ex quo i ipso pdñatur terra que i loco aq̄ ē grauis ideo paruum plubū in aq̄ ē grauius magno ligno.

Ad experimentum aūt Arī. de vtre pleno aere. ꝛ de utre uacuo: illud experimentum negat Temistius. ꝛ dicit se expertum fuisse: et inuenisse huiusmodi vtres equaliter pōderare. huiusmōi auteȝ diuersitatis cām assignat commentator dicens hoc potuisse euenire. quia utres in quibus Arī. fecit experimentū fuerunt subtilioris ꝛ sicciozis corij quā utres in quibus Temistius expertus fuit. ego etiā puto ꝙ si vter impleretur aere vaporoso: aut gros

sis exhalationibus permixto: aut preternaturaliter condensato ꝛ grauefacto: ꝙ redderetur in aere grauioꝛ seipso uacuo. Ad aliud autem ꝙ dicebatur de aqua ꝙ naturaliter fluit ad locũ terre decliuiorẽ. Respondetur hoc fieri ex ordine debito uniuersi. ꝛ non qꝛ in suo loco grauitet aqua: nisi enim sic flueret tũc ad illũ locum implendũ ne vacuum sequeret aer fluxisset. ꝛ tũc sub aqua imediate eẽt aer: quod repugnat debito oꝛdini vniuersi q̄ exigit vt leui⁹ immediate sit supra grauius. ꝛ grauius sub leuiori.

Ad aliud vero ꝙ arguit de terra dicitur ꝙ ptes centrales terre nõ sunt densioꝛes circũferentialibus qꝛ ab illis compꝛimant: sed quia sunt magis simplices non cõmixte cũ partibus alterius elementi propter quod reddũtur solidiores. partes aũt circũferentiales sunt mixte partibus aqueis et aereis: ex quib⁹ porose ꝛ non ita compacte reddũtur. Ego tamen in hac materia tam ambigua dicerez: ꝙ licet nullũ elementũ in sua simplicitate ac puritate exñs in sua spera grauitet. aer tamen ꝛ aqua grauitantia reperiũtur: quia non sunt pura sed cum partibus elementi inferioꝛis plurimis permixta: ex quarum ꝑmixtione grauitantia efficiũtur. Et ex his potes inter Ar. et Themistium aliqualiter conciliare. Elige igitur.

Capitulũ secũdũ tractatus secũdi libꝛi quarti d̾ celo ꝛ mundo in quo ostenditur ꝙ est dandũ corpus simpliciter graue. ꝛ coꝛpus simpliciter leue: et coꝛpus graue aut leue in respectu.

Voniã autez est simpliciter leue ꝛ simpliciter graue: ex hijs est manifestũ. Dico autem simpliciter leue quod semper sursuz. graue autẽ quod semper deoꝛsum natuz est ferri nõ pꝛohibitũ. talia enim sũt ꝛ non quemadmodũ putant quidaz omnia habere grauitatem.

Istud ẽ secũdum capitulũ huius tractatus: i quo postquam Ar. in pꝛecedenti capitulo determiauit de differentijs grauiũ ꝛ leuium. nũc ostendit qd̾ est dandum coꝛpus simpliciter graue ꝛ coꝛpus simpliciter leue. ꝛ coꝛpus graue aut leue in respectu. Et diuiditur in duas partes. qꝛ pꝛimo pꝛobat ꝙ est dandum coꝛpus simpliciter graue ꝛ coꝛpus simpliciter leue. Secũdo ꝙ est dandum coꝛpus graue aut leue i respectu. ibi secũda. Est autem aliquid intermediũ. Prima in duas: qꝛ pꝛimo pꝛemittit intentum subiungendo alias diffinitiones grauis ꝛ leuis simpliciter. Secũdo pꝛobat ibi: Graue quidem enim. Dicit de pꝛima. Quoniam autem est simpliciter leue ꝛ simpliciter graue: ex hijs scilicet dicendis ẽ manifestum. Dico autem simpliciter leue quod semper idest in omni loco est natum ferri sursum non pꝛohibitum. ꝛ simpliciter graue quod semper: idest i oĩ loco est natum ferri deoꝛsum. talia enim sunt scilicet simpliciter graue ꝛ simpliciter leue. ꝛ non quemadmodũ quidam putant omnia habere grauitatez negantes dari simpliciter leue. Intelligendũz secundũ commentatoꝛem commento. xxxi°. ꝙ diffinitiones simpliciter leuis: et simpliciter grauis posite superius sumuntur a finibus eorum. ꝛ iste que ponuntur hic sumuntur ex motu. Prime magis õmõstrant naturas eoꝛum: sed iste magis demonstrant differentias inter graue et leue simpliciter. ꝛ graue: ꝛ leue in comparatione. Intelligendum secũdo ꝙ illi qui dixerunt omnia coꝛpoꝛa habere grauitatem fuerunt illi qui posuerunt plenum esse causam grauitatis ꝛ vacuum esse causam leuitatis. cum. n. secundum eos nihil sit simpliciter uacuũ: nihil erit simpliciter leue. hoc autem est contra sensum. quoniam vt dicit commentatoꝛ: sensu videmus ignem esse leuem in omnibus locis sicut uidemus terram esse grauem in omni qus locis.

Graue quidẽ eniz uidetur quibusdã esse etiam alteris: et semper ferri ad mediũ. est autem similiter et leue. Videmus enim queadmodũ dictum est pꝛius: quoniam terrea omnibus substant ꝛ feruntur ad medium: sed ꝛ determinatũ est mediũ. Si igitur est aliquid quod oĩbus superfertur queadmodũ uidetur ignis etiaz in ipso aere sursuz latus: aer autẽ quiescens palam quia hoc fertur ad extremum. Quare grauitatẽ nullaz possibile est habere ipsuz. Substaret. n. utiqꝫ alij Si autẽ hoc erit utiqꝫ aliquid aliud: quod fertur ad extremum quod omnibus latis superfertur: nunc autem nullum uidetur. ignis igitur nullam habet grauitatez neqꝫ terra leuitatẽ. neqꝫ unã siquidẽ substat omnibus ꝛ quod substat fertur ad mediũ.

probat intentum. Et diuiditur in duas: quia primo facit quod dictum est. Secundo declarat quoddam suppositum in ratione sua .ibi. Sed ad huc quia. De prima ad probandum ꝙ sit dandum corpus simpliciter graue ⁊ corpus simpliciter leue intendit talem rationem. est dandum corpus quod simpliciter fertur deorsum scd̃m naturam: vt terra. ergo est dandum corpus simpliciter graue. similiter est dandum corpus quod fertur simpliciter sursum ſ₃ naturā vt ignis. gº ē dādū corpˀ simplr̃ leue tenet pñā a di finitiõe ad diffinitum. ⁊ añs p₃ ex dictis.

Dicit ergo graue quidē eni₃ uidetur esse quibusdam. idest respectu quorundā ut graue in respectu sicut est aqua. ⁊ uidetur esse graue etiam alteris: id est respectu omnium aliorum elementorum quod ē natum semper ferri a medio: idest ad mediu₃. ⁊ hoc est graue simpliciter. ⁊ similiter est leue quod est natu₃ ferri a medio: ⁊ hoc est leue simpliciter: q̃sic d̃claratur. Uidemus eni queadmodū dictū est prius. quomiā corpora terrea oibus substant ⁊ feruntur ad mediū: quod mediū est determinatū et finitum. Si igitur est aliquid quod oibus super ertur secundū naturā queadmodū uidetur esse ipse ignis q̄ etiam in ipso aere est sursū latus. aer autē est quiescēs in suo loco palā: quia hoc scilicet ignis fertur ad extremū. quia ad concauū celi. quare nullā grauitatē est possibile ipsū habere. Substaret enim utiq₃ alij si haberet aliquā grauitatē. ⁊ si hoc esset: tūc utiq₃ erit aliquid aliud quod fertur ad extremū quod oibus sursū latis superfertur. Nunc autem nullū tale uidetur ignis. igitur nullā habet grauitatē neq₃ terra leuitatem. neq₃ una idest nullā. ⁊ superfluit negatio. siquidē ipsa terra substat oibus alijs. ⁊ quod sic substat fertur ad mediū simpliciter deorsum. Intelligendū secundū cõmentatorem cõmento. xxxijº ꝙ rõ Ar. stat in isto. est dandum corpus quod moueatur ad medium sub omnibus alijs corporibus vt terra. ergo est dandum corpus quod mouetur ad extremum super omnia alia corpora vt ignis. patet consequentia. ⁊ assumptum est cõcessum tanquam notum ad sensum. ex quibus vlterius sequitur q̃d est dandum corpus simpliciter graue ⁊ corpus simpliciter leue vt patet ex diffinitionibus eorum.

Sed adhuc quia est mediū ad quod latio habentibus grauitate₃. ⁊ a quo leuibus manifestū ex multis primū quidē si in infinitū non contingit ferri nihil. Quemadmodū eni₃ non est nullū impossibile. sic neq₃ fit latio autem generatio unde quo.

Nunc probat quod supposuerat prius scilicet ꝙ medium ē terminatum siue finitum. ⁊ diuiditur in duas. quia primo facit hoc. secūdo idem probat de extremo. ibi. quoniā autem omne. Prima iterum in duas: sicut duas rationes adducit. ibi secunda. Deinde ad similes. De prima adducit primam rationem probando ꝙ medium ad quod fertur graue simpliciter est finitum ⁊ finite distans ab extremo siue concauo celi arguendo sic. Si medium ad quod graue simpliciter natum ē ferri distaret per infinitu₃ ab extremo sequeretur ꝙ nullum graue simpliciter moueretur deorsum ad medium. cons̃ est falsum. ⁊ patet consequentia: quia nihil mouetur ad locu₃ ad quem impossibile ē ipsum peruenire. modo impossibile est aliquod graue simpliciter peruenire ad locum distantem ab eo per infinitum. Dicit ergo: sed adhuc quia est medium ad quod latio habentibus grauitatem. ⁊ a quo est latio corporibus leuibˀ est manifestū ex multis primū. quidē si tale mediu₃ distaret ab extremo in infinitu₃ non contingit ferri nihil ad tale mediū. ⁊ superfluit negatio queadmod̃ enim non ē nullū impossibile iterū superfluit negaº sic neq₃ fit. latio aūt idest motus localis ē generatio Unde quo. i. exiens de termino a quo ⁊ tendens ad terminum ad quem.

Deinde ad similes uidetur angulos ignis quidē sursum latus: terra autē deorsum ⁊ omne grauitate₃ habens Quare necesse ferri ad medium. hoc autē utrū accidit ad terre mediū. aut ad totiˀ quoniā idē ē alius sermo.

Adducit secundam rationē arguendo sic. grauia mouentur deorsū a concauo celi per eq̃les angulos describendo lineas continue minus ⁊ minus distātes ⁊ tandē concurrentes in centro mūdi. ergo seq̃tur ꝙ medium mūdi non distat ab extremo mundi per infinitum. patet cons̃a. ⁊ añs statim declarabit. Dicit ergo. deinde ignis quidem videtur sursum latus ad similes: idest equales angulos in circūferentia terre descriptos. ⁊ terra deorsū ⁊ oēm grauitatē habens. quare necesse ē ea ferri ad medium finite distans ab extremo. hoc autem vtrū accidit ad medium terre: aut ad mediū totius: idest mundi: quoniam idem ē medium: scilicet mediū terre ⁊ medium mundi. alius est sermo. Intelligend̃ scd̃m cõmentatorem commento. xxxiijº q̃ leuia mouentur sursū ⁊ grauia deorsū per diametros causantes in superficie connexa terre angulos equales. quia sperales rectos. ⁊ per consequēs describūt lineas que quanto sūt centro propinquiores: tanto minus distant ex qº vlterius sequitur ꝙ concurrunt in centro. ⁊ q̃d medium mundi: in quo est concursus diametrorum solum per finitum distat ab extremo. Quia linee recte, non autem pararelle non possunt in in

finitum protrahi versus eandem differentiam positionis: quin prius concurrant. Et licet idem realiter sit medium grauitatis terre: et medium mundi. tamen differt secundum esse et rationem. et gratia mouentur ad illud medium: non ut medium terre: sed ut medium mundi: ut in secundo huius fuit ostensum: quoniam si grauia mouerentur ad illud ut medium terre: tunc ubicunque esset terra: grauia mouerentur ad illud quod est manifeste falsum. igitur etc.

Quoniam autem omne substans fertur ad medium. necesse omnibus quod superfertur ferri ad extremum regionis in qua faciunt motum contrarium enim medium extremo. Substans autem supereminenti. Propter quod et rationabiliter graue et leue duo sunt Etenim loca duo: quod medium: et quod extremum:

Hic probat quod extremum est finitum: seu finite distans a medio. et intendit hanc rationem medium et extremum sunt contraria. sed medium est finitum. ergo extremum est finitum. tenet consequentia: quia quo ad finitatem et infinitatem idem est iudicium contrariorum. et assumptum patet ex dictis. Dicit ergo: quoniam autem omne substans omnibus fertur ad medium necesse est illud quod superfertur omnibus ferri ad extremum regionis in qua ambo faciunt motum tanquam ad locum contrarium. medium enim est contrarium extremo et substans simpliciter supereminenti simpliciter. et ex hijs infert dicens: propter quod et rationabiliter graue et leue simpliciter sunt duo: quia eorum loca naturalia sunt duo. scilicet illud quod est medium: et illud quod est extremum. Intelligendum secundum commentatorem commento. xxxiiij quod quia motus simpliciter sursum et motus simpliciter deorsum sunt contrarij. Necesse est quod loca ad que terminantur sint contraria. et quod mota naturaliter illis motibus sint contraria: sicut sunt ignis et terra. et quod ignis et terra sint contraria patet per diffinitionem contrariorum que est maxima distantia contentorum sub eodem genere. modo ignis et terra maxime distant in esse: idest in perfectione essentiali elementis attributa: et in loco: et causa propter quam maxime distant in esse est: quia maxime distant in loco: quoniam locus et maxime in corporibus simplicibus est forma et perfectio locati ut superius declaratum fuit.

Est autem aliquid intermedium horum: quod et ad utrunque ipsorum dicitur alterum. Est enim ut extremum et medium: quod amborum est intermedium: propter hoc est aliquid etiam aliud graue et leue: puta aqua et aer.

Nunc ostendit quod inter corpora simplicia in quibus solis est dandum graue et leue simpliciter sit etiam dandum graue et leue in respectu siue secundum quid. et diuiditur in duas partes in quarum prima facit hoc In secunda recapitulat quedam alibi dicta. ibi. Inquimus autem continens. Dicit de prima quod cum sit aliquod corpus simplex leue et simpliciter et aliquod graue simpliciter. quod est etiam aliquod corpus simplex inter medium horum quod ad utrunque impositum comparatum dicitur alterum: sic quod respectu leuis simpliciter: est graue. et respectu grauis simpliciter est leue. quoniam illud quod est intermedium amborum extremorum contrariorum est medium et extremum scilicet comparatiue: sed non simpliciter. et propter hoc preter graue et leue simpliciter est etiam aliquid aliud graue et leue scilicet in respectu: puta aqua et aer. Intelligendum secundum commentatorem quod quia loca extrema scilicet medium et circunferentia sunt contraria. nec possunt adinuicem misceri. ideo inter ea non potest esse unum medium tantum: quoniam oportet utriusque extremi naturam saluari in medio. cum ergo non saluentur in uno saluabuntur in duobus medijs quorum unum magis attinet uni extremo: et reliquum magis attinet alteri extremo. ex quo sequitur quod inter locum simpliciter sursum et locum simpliciter deorsum sunt duo loca media scilicet sursum secundum quid et deorsum secundum quid. et inter elementa extrema que sunt ignis et terra sunt duo elementa intermedia. scilicet aer et aqua. et aer qui est leuis secundum quid locatur in loco sursum secundum quid et aqua que est grauis secundum quid locatur in loco deorsum secundum quid.

Inquimus autem continens speciei esse: contentum autem materie. Est autem in omnibus generibus eadem differentia. etenim et in quali et in quanto est. hoc quidem ut species magis, hoc autem ut materia. Et in hijs que secundum locum similiter. Quod quidem sursum determinati. quod autem deorsum materie:

Recapitulat quedam superius dicta. et diuiditur in tres partes: in prima ostendit quod huiusmodi corporum simplicium continens se habet vt forma. et contentum ut materia. In secunda ostendit materiam et est vnius elementorum habere consimilem habitudinem ad seipsam ut est alterius elementorum in tertia ex dictis concludit quandam differentiam elementorum. ibi secunda. Quare et in ipsa. ibi tertia. Habens quidem igitur. De prima dicit. Nos autem

